
FRANCISCI LVCII DVRANtini de optima Reipub. gubernatione, libri duo. Item de amplissimis Laudibus Venetæ vrbis, deq; eius disciplina, & recta gubernantium ratione, liber vnus. quæ omnia peraccurate elustrata in mediam nuper prodeunt lucem.







Nequis, citra decem annos, hoc opus audeat imprimere, publico S. V. cautū est Decreto.

FRANCISCI LVCII DVRANTINI DE OPTIMA REIP. GVBERNATIONE.

¶ Capita primi libri.

¶ Capita secundi libri.

Capita tertii libri.

¶ Antonio Grimano Serenissimo Venetiarum Principi, Frāciscus Lucius Durātinus perpetuam precatur fœlicitatem.

MAgno ac splendido ingenio viros qui tam apud græcos quam apud latinos summa gloria floruerunt, serenissime princeps reperio opes honores, ac diuitias contempsisse: vt abiectis caducis & fragilibus rebus, cōmodius, expeditiusq; rerum contemplationē ac scientiam complecterētur, existimantes multo esse præclarius humanarum, diuinarūq; rerum inuestigare, ac scire rationem, quā struendis opibus, aut cumulādis honoribus inhærere: qua mente diuinus plato plerasq; mūdi prouincias, atq; oras lustrauit. Veteres Romani frequētius Athenis, inq; græcorum gymnasiis, quā in patria ipsa versati sunt: siquidem statuerunt rerum omnium, quæ ad excolendam, instituēdamq; hominum vitam pertinerent: nihil sapientia grauius, nihil vtilius, nihil dulcius, nihil ingenuo homine ac libero dignius esse. profecto per hanc vnam sapimus, cognoscimus, intelligimus supera, infera, media, cælestia atq; terrestria. p doctrinæ ac scientiæ lumen cætera quæcūq; à natura procreata sunt, homo longissime antecellit & præstat. cūq; alia, quæ fragilitas humani ge

neris possidet caduca & momentanea sint, & variis fortunæ casibus subiacentia, sola virtus & sapientia in qua rerum cognitio inest, res perpetua, sempiterna atq; immortalis existit: quæ neq; naufragio neq; incẽdio ãmittitur. quamobrem laudatur Bias philosophus, cuius cum patriam hostis diriperet, admonitus vt aliquid secum è suis rebus asportaret, omnia bona secũ ferre respondit: cum neq; argenteum vasculum, nec aureum poculum, nec preciosam quãpiam suppellectilem, sed sapientiam, doctrinam atq; virtutem secum portaret. quid de eius vtilitate dicã? præciosiorem esse cunctis opibus, & omnia quæcũq; ab hominibus possidẽtur, vni huic nequaquã valeant cõparari. hæc nullum à sua possessiõe excludit nullius naturam reformidat, in aduersa fortuna non deficit, in rerũ varietate non immutatur, in infirmitate perficitur. quapropter cum ita sit, nõ fallax gloria, non inanis ostentatio ad hanc inuestigandã altissimos animos inflãmauit, sed recta ratio, summa rei amplissimæ dignitas, incredibilis magnitudo, fructus vberrimus, admirabilis rei splendor grauissimorum hominum ingenia excitauit. Et quoniã veteres sapientes ita sentire, ita semper iudicare consueuere, vt magis rebus administrãdis præficeretur, qui optima sapientia, bono cõsilio, qui moderatiõe, qui

animi magnitudine, qui rerũ maximarũ co/
gnitione pollere videretur: tu igitur sereniſ/
ſime Princeps huius ſapientiæ gloria præſtás,
prudentiæ laude excellens, modeſtia & pro/
bitate clarus, animi magnitudine præditus,
multarũ rerum cognitione ornatus, inſigni/
tusq;, vna omniũ voce atq; conſenſu ad tan/
ti imperii culmẽ atq; amplitudinem perueni
re meruiſti. & quãquam ante hac populus Ve
netus tot virtutũ ſplendore te diligebat: nũc
vero ob magnam principis dignitatẽ, & ſin/
gularem adminiſtrandi regni ſolertiam ob/
ſeruat admiraturq;. viri ſapiẽtes, religioſi, om
nes deniq; homines vbiq; miris te ſemper lau
dibus, honore, ac obſeruantia proſequuntur:
ſapientẽ, beneficũ, liberalẽ, de Repub. de ami
cis, pauperibusq; benemeritum prædicantes.
quãta inſuper ſit tuæ ſerenitatis cunctis in re/
bus prudentia, conſiliũ, vigilantia, perſpica/
ciaq; neminem fugit. ſed quis tui generis am
plitudinem ſatis ample referre poſſet? altius
enim repetẽdum foret, & longis quibuſdam
ſtẽmatibus numerandũ. atq; vt cæteros tam
claræ tam illuſtris, tam antiquæ proſapiæ gri
manæ domus viros præſtantiſſimos ſilentio
prætereã: Reuerẽdiſſimus Cardinalis Grima/
nus & idem filius, magnum eccleſiæ decus, &
fulgidum Venetæ patriæ lumen imprimis
ſeſe tibi offert. qui quãtum natura atq; inge/

nio valeat, quã magna eruditione, quã exquisita rerum scientia, quãta disciplinarum varietate, quãta ingenuarum artium noticia & laude præstat, quã admirabili sapiẽtia & virtute, quãta vitæ integritate atq; innocentiæ clareat, non possem nec oratione, nec verbis consequi. est adeo literis & doctrina sanè eruditus, q̄ omniũ vox atq; sermo suas vbiq; laudes prædicat, extollit, admiraturq;.
De Marino autẽ serenitatis tuæ nepote Aquilegiæ Patriarcha quid referam? qui doctrina probitate, modestia, animi integritate plurimũ valet. Qui tum humanitatis laude, tum liberalitatis gloria cuiuis, huius ætatis comparandus est. quãta vero gratia & veneratiõe in conficiendis Cerimoniis in Christiana Religione, cultuq; diuino cæteros antecellat, nõ possem longiori oratione explicare. omitto eius temperãtiam & viuendi normã exactissimam, neq; enim in præsentiarũ licet omnia complecti: nã & tempus & lingua me deficerent. languescãt ingenii vires, si velim omnia singillatim, tum patris, tum filii, tum nepotis & præcipue moderationem, temperantiam, frugalitatem, & in tãta potestate penè rerum omniũ incredibilem quãdam mensuram & modum explicare. Quãobrem cum tot tantisq; bonis atq; virtutibus & vera sapientia ornatus sis, tuæ celsitudini fœlix & fortunatum
imperium

imperium semper fore non dubitamus.
Nā Isocrates Nicoclem Cypri Regem admo nere visus est, solam sapiētiam eam esse: quæ regendi principatus aditū præbet, viam de/ monstrat, ciuitatem autē à pernitie reuocat, & ad salutem, dignitatēq; deducit. hinc apud Athenienses Pericles incredibilem quandam adeptus est gloriam: hinc syracusii Dionysii principatus plurimum semper habuit & fir/ mitatis & roboris. quæ nam res tā amplum, tam clarum, tam gloriosum, tam magnifi/ cum, tam sublime, toto etiam penè orbe dif/ fusum Romanorum & constituit & seruauit imperium: non hominū inscitia, sed sapien/ tia, iustitia, rerum omnium cognitio, & recta Reipub. gubernatio. cuius asserendæ atq; il/ lustrandæ tria volumina destinauimus: quæ si exquisita doctrina, si magna eloquentia re/ ferta ornataq; non fuerint, nō nulla tamē au ditu grata, facilia intellectu, honestaq; susce/ ptu in illis fortasse erunt. nam quid Philoso/ phi, quid Oratores cæteriq; scriptores de op tima reip. administratione senserint scripse/ rintq; in hoc exiguo libello reperies. Tu igi/ tur serenissime Princeps, cui lucubratiōes no/ stras ex omnibus potissimū consecramus: se/ rena fronte & læto vultu eas accipere roga/ mus: vt cum magnis curis quibus die no/

ſtuꝗ inuigilas, defatigatus fueris: has duran/
tini vigilias ea frontis ſeueritate perlegito:
quæ huiuſmodi ſcripta legere conſueuiſti: vt
quo ordine, quo modo, maiores noſtri gere
bant magiſtratum intelligere poſſis. Sed ne
quid moleſtiæ tuæ ſerenitati longior pariat
oratio: non meis frœtus meritis, ſed clemen/
tiſſimæ celſitudinis tuæ benignitate confi/
ſus: me tādem humilem ac ſupplicem ſerui/
torem trado, atꝗ cōmendo: Redemptoréꝗ
noſtrum & īmortalem Deum deprecor: vt
principatus tui amplitudinem & gloriam
fortunet in dies.

FRANCISCI LVCII DVRAN-
tini, de optima Reipublicæ Guberna
tione, Liber primus. Cap. i.



Radunt veteres sapiétes, Illustres Magistratus, patres & viri Veneti: qui omnibus de rebus, tũ grauiter, ac splédide, tum ornate &

copiose disseruerūt:nihil maius,nihil vtilius, nihil præstabilius in cunctis rebus humanis esse,quā Cōcilia cœtusq; hominū iure sociatos, quas vno ac proprio nomine ciuitates appellant.Nam cum homo gregale sit animal,tum rectam videtur vitæ rationem affecutus:si constituta ciuitate,tempus,ætatem, animum, cogitationéq; ad bene, laudabiliter, honeste,beateq; viuēdum accōmodauerit.quapropter maxime laudātur, qui primi vrbes condiderunt,& dispersos montibus & syluis homines, ac passim belluarū more vagantes,ad societatem vitæ conuocauerunt. Quocirca sapientes existimant,valde præclarum vrbem cōdere, multo præclarius cōditum instituere, longe vero præclarissimum institutam recte gubernare. horum primum mœnibus,alterum legibus,tertium vero magistratibus optime conficitur.& quoniā nōnonulla de optimo Reip. statu, & ciuitatis conseruatione in mediū allaturi sumus: de ciuitatis nomine, diffinitione, diuisione paucula præferemus. pleriq; magna eruditione ac doctrina viri diffiniunt ciuitatem, collectam ciuium multitudinem ad bene viuendum coactam.M.Tullius magnus simul Philosophus & Orator in sexto de Rep. Diffinit,cōcilium cœtūq; hominum iure sociatum.Diffinit Aristoteles peripateticorū prin-

Hic notandum est.

Ciuitatis diffinitio.

ceps in œconomicis libris, multitudinē do-
morum, agro, & pecunia satis, superq; abun-
dantem ad bene viuendum: multifariam ve-
ro ciuitatem doctissimi veteres partiri, ac di-
stribuere consueuerūt. Diuidit̃ Ciuitas in prin
cipem, cōsilium, prætorium, & populū: Prin
cipem quidem ad imperandū, Cōsilium ad
decernendum, prætoriū ad iudicandum, po-
pulum ad parendū atq; obtemperandum. Di
uiditur Ciuitas & in diuersos plerūq; ordines
velut Roma in nobilitatem ac plebem & ha-
rum mediū equestrem ordinem. Diuiditur
Ciuitas ī varios magistrat⁹, cuiusmodi apud
Romanos fuere Dictator, Cōsules, Prætores,
Questores, Tribuni, Præfecti, Triūuiri, Hedi
les, Alii item p multi. Diuidit̃ Ciuitas in res vr
banas & bellicas, quarum hæ robore, viribus,
animi magnitudine exercētur in bello, ille ve
ro pacatis temporibus potius cōsilio, equita-
te & iustitia. diuiditur Ciuitas pro Platonis
sententia in plura membra, nam caput princi
pes sunt Ciuitatis, & maximi magistrat⁹, ocu
li atq; aures, Prætores & Iudices, cor Patres Se
natores, Consiliarii: manus bellatores & mi-
lites: pedes agricole, & eius loci atq; ordinis
inferioris homines: sine quorū opera, inge-
nio, & arte, reliquū corpus substineri nequit:
q̧ Plutarchus peripateticus apprime nobilis

Ciuitatis diuisio.

eleganter, & concinne autumat.

De optima Reip. Gubernatione. Cap. ii.



Vnc vero ad ea pergamus, quæ cõseruationem spectant, & optimum continẽt Reipublicæ statum: non ex nostro ducenda sensu, sed potius ex Aristotelis ac peripateticorum fontibus haurienda. ꝓfecto q cæteris imperare voluerint, optimos, sapientes, integros, atq; innocẽtes se præbeant: si reliquos ciues à turpitudine, à vitiis, atq; ad capessendã rectam viuendi viam excitare voluerint. neq; enim frustra dicitur, quales sint in Rep. Principes & Rectores, tales reliquos solere esse ciues: itaq; oportet eos, qui cæteris præsunt, eam subire agendæ ætatis rationẽ, vt non tam verbo erudiẽdis, quam exemplo excitandis fiant aliis bene viuendi magistri. nam qui ratione, fide, integritate pollent, his potissimum credẽda est, & cõmittẽda Respublica. qui vero iniuria & fraude, ac se perperam in magistratu gesserint, non solum à potestatibus repellendi sunt, verum etiã pœna ac digno sua improbitate afficiendi supplicio. Sit igitur studium diligens ei, qui Rẽpu. gubernat, virtutem, æquitatem, frugalitatẽ, rectamq; in omni vita tueri rationem: si for-

Quibus committenda sit Resp.

de studio Reip. rectorum.

te cupiat subditos habere consimiles: quibus pateat ipse aut uitii, aut uirtutis exemplar. prospiciat autem in dies, & uigili cura rebus incũbat, quæ noxiæ Reipublicæ, quæ salutares cadere possint: ut has studiosissime prosequatur, illas tanquã scopulum fugiat: quod certius, commodiusq; assequatur, si pterita mẽte repetat, & similitudine cõparata annectat futura præsentibus: & omnem uitæ cursum solertissime complectatur: ut in hunc modũ excubanti nihil nouũ, nihil improuisum, nihil inopinatum, nihil deniq; non studiosissime meditatum ueniat ita enim & suæ dignitati, & suorum saluti facile consuluerit, q Reipub. præfuturi sunt, ut communi ciuium utilitati prospiciant, ita vigilare oportet: ut omnes à labe turpitudinis arceãt: ut ne leuem quidem noxam permittendam intelligant: ac ueluti in semine nequitiam elidẽdam: ob sistendum nãq; leuioribus, ne sensim ad grauiora serpatur. non inscite Plutarchus illud pbat Hesiodi: etiam pauxillula adiectione si sit forte frequenter, ingentem sæpius aceruũ cõflari. distribuendi sunt pro dignitate ciuitatis honores, ac maioribus afficiendi, qui maioribus excelluerint laudibus, minoribus uero, q uirtute, & sapientia iferiores extiterint. sed nemini inferenda est iniuria, nemini prsum no

De vigilãtia reip. rectorũ.

Distribuẽdi sunt p dignitate ciuitatis honores

cendum, siquidem ita natura, æquitas, ratio, & honestas præcipit. ad potestatem retinen/dam uel augendam opes, & copias adesse plurimum conducent Reipublicæ: ut non solũ mali ciues comprimantur: sed etiam externorum si quando usus acciderit, propulsetur iniuria. tametsi potentia firmior non tam opibus atq; diuitiis constat, non tam milite & armis, non tam externorum rerum affluentia: quam iuris æquabilitate, quam legum robore, quam ciuium cõcordia, quam deniq; consilio, sapientia, atq; exercitatione uirtutis. non autem ab re fuerit, ea ciues bonos extimescere, quæ optimum queant aut infingere, aut labefactare ciuitatis statum: si recte Reipublicæ firmamentum formido ponitur & parit: quare & apud ueteres Lacedæmonios timori dicatum templũ ostendit Plutarchus: q maxime Rempublicam timore contineri arbitrarentur. Nam si externa pertimescãt ciues bella, nihil loci relinquetur intestinis seditiõibus, ac ciuilibus dissidiis, & facile ciuium animi iure concordes eadem spectabũt, una erit omnium uolũtas, eadem omnibus in rebus consensio: quæ utiq; uera est concordiæ ratio, & quædam prospera uniuersi Reipub. corporis ualitudo & firmitas.

Opes plurimũ rei pub. prosunt.

de formidine reip. Rectorũ.

De optima

¶ De Optima Reip. Gubernatiõe. Cap. iii.

PLato diuinus Philosophus eos solos cẽsuit admittendos Reipub. muneribus, qui essent idonei, cæteros autem longe repellendos. Quorum uel ingenii tarditas, uel naturæ malignitas rem communem afferre nõ posset. Quosdam enim tulit natura ipsa paulo hebetiores & tardos ad deliberandum, alios uero acutos, illos quidem & ad consultandum acres & industrios, tamen parũ moderatos, præcipites ad iram, ad inimicitias, atq; odium pertinaces, simultatum cupidos & seditionum: quo nihil est in libera ciuitate pernitiosius: & magis fugiendum. Rempublicam igitur qui præclare vult gerere, hunc ita & natura institutum esse oportebit: ut nihil in eo desyderetur, q̃ ad summum uirum pertineat, ut acre ingenium, non abiecta forma, perspicax & matura grauitas in consulendo, viuax atq; ardens in re bene gerẽda diligentia: & quæ satis explicari nõ potest. omnibus in rebus tenenda tamen est mediocritas: vt neq; iustitia immani crudelitate fœdetur, neq; lenitate nimia lãguescat: Romanorum opes non magis Neronis attriuit crudelitas, quam Assyriorum Sardanapali mollicies. Celius noster ab Architecto quodam in

Quales eligendi sint rectores.

Qua natura Reipub. Gubernatores eẽ oportet.

Mediocritas omnib' in rebus tenẽda est.

terrogat', quod malthæ genus ad muros vrbium conficiendos tenacius esset, respondit quod ex Magistratuum moderatione & ciuium concordia conficeretur: ut nullæ quã/uis editæ ac latæ turres cum illo sint conferẽdæ. hanc igitur quasi primam artem quisq; tenere atq; amplecti debet, ut neq; duriorem se præbeat, quã humanitatis postulet ratio neq; laxiorem quàm officii dignitas permittat. profecto urbium conditores instar deorum in cœlum translati ferunt, legumlatores maximis ubiq; gentium celebrantur honoribus: Optimi Ciuitatum Rectores & Cõseruatores immortalem gloriam in terris assecuti, beatissimas quoq; in cœlo sedes adipiscuntur: die igitur noctuque studendum est ad Reip. cõseruationem, & tui ipsius officiũ iuste & moderate gubernãdum. caue nec ira, & odio, nullius ĩpulsus inimicitiis, nullo quã/uis ingenti pretio, nullius gratia aut amore, sed sola cõscientia & æqui & boni gratia ad iudicandum mouearis: cogitãdum est enim Ciuitatem rectoris fidei commissam, nõ potestati traditam: & eam ipsam quã gerit Rep. non ad vtilitatem propriam, sed ad commune uniuersæ Ciuitatis commodum. Illud fructum esse uberrimum existimo, vt prosit omnibus, officiat nemini, ne lacessitus quidẽ

Hic notandum est.

Saluberrima admonitio erga Reipub. Gubernatores.

nisi publicæ vtilitatis causa. Rex tyranno qd intersit, quis est qui nesciat? Qui se regem gerit, is communem suorum vtilitatem spectat, à suis commodis animum auertit, & tyranni mores aspernatus, dum saluti cõmuni prospiciat, cætera post habet, uel potius contemnit omnia. Iure laudatur rerum omnium modus, certis progredit͛ gradibus ratio, non subito sed sensim eo deductura, quo virtutis momenta propenderint. Iure laudatur rerum omniũ modus.

¶ De optima Reip. gubernatione. Cap. iiii.

QVanquam superius nonnulla de Reip. Rectore præcepta tradiderim, vani tamẽ essent mortalium conatus, nisi dominus custodierit ciuitatem. hoc igitur sit peculiare præceptum, immortalem Deum ante oculos habere semper, ducemq; ad omnia sequi: nam omne datum optimum, atq; omne perfectum donum de sursum est descendẽs à patre luminũ: ꝑ illum (ut Salomon scribit) Reges regnant, & legum conditores iuste decernunt, audite Reges & intelligite data est a domino potestas nobis & virtus ab altissimo: q iterrogabit opera vestra & cogitationes scrutabit͛ quoniam cum essetis Ministri Regni illius, nõ recte iudicastis, nec custodistis legem

Deus ante oculos semꝑ habẽdus est

Salomon

Daniel

iustitiæ, neq; secundum voluntatem Dei am bulastis. & ꝓpheta Daniel exclamat, cognoscant uiuentes, quoniam dominaẽ altissimus in regno hominum, cuicunq; voluit dabit illud. si Reip. Rectores Deum imortalem propitium habuerint, firmũ iecerunt fundamentum omnium, quæ facturi, dicturiq; sint. Omnia equidem secũda sunt colentibus Deũ, aduersa spernentibus, fluctuare aliquãdo possunt, mergi vero nunquã. faciendæ quotãnis expiationes delictorum, abluenda scelera, omnes animi sordes christiano more deponẽdæ: dies festi & cærimoniæ celebrandæ sunt, & deniq; nihil uiro bono & honestatem profitenti, quod ad Dei honorẽ pertineat, negligendum est. tanto Rectores habentur meliores, quanto ad religionem & rem diuinam propensiores esse videantur. si nõnulli simulatæ probitatis uiri falsa superstitione tantum valent ad hominum mentes illiciẽdas, ut flectere, concitare, lenire, exasperare soleant: qd in his est existimandum, quorum sanctitas vitæ probata & aperta est, spectate integritas & in medium exposita, quantum in his elucet maiestatis, quantum obseruantiæ & authoritatis ad affectus autem exasperãdos aut leniẽdos: quo genere uitæ qd Deo Principi, Optimo, Maximo accepti⁹ sit, aut homini saluta-

Qua de causa Reipub. Rectores habenẽ meliores.

rius in terris non uideo. omnes profecto co/gitationes & uigilias in supremi parentis co/gnitione ponendum est: complures enim pe corum more omni spreta religione, quicqd loquuntur, cogitant, faciunt, turpissimo vo luptatis fine metiuntur. Qui autem sacra pu/blica non celebrat, cærimonias despectas ha/bet, templa non frequentat, Dies festos non obseruat, prophana sacris & fluxa æternis po tiora existimat. sanctissima Religiōis obseruā tia in animo & in corde Reip. Rectoribus sit semp: hæc eni fructus in vita parit uberrimos, & plurimum laudis, authoritatis, & fidei om nibus præbet. itaq; omnium gentium & na/tionum est firmata cōsensu: nam & apud ve teres Aegyptios sacerdotum collegia Regi/bus assidebant in causis iudicādis, & Aethyo pum quidam ex sacerdotibus creabant Re ges: Græci causas deferebant Amphitrioni/bus, qui erant in delo ministri Apollinis: sic deinde Gallis iuditia, sic Caldæi Babyloniis: Persis Magi faciebant. Romani uero quorū res domi aut foris pace, aut bello, cōsilio aut manu gestæ summa cum laude atq; admira tione memorantur, non nuptias facere sole/bāt, nisi prius auspicato, & re diuina facta, nō tecta ædificare, non ire in prouintiam, nō bel lum suscipere: sic in stulta multitudine Deo/

Præceptū memora tu dignū

De obser uantia re ligionis.

De cōsue tudine Roma/ norū in

obseruandis auguriis

rum accerrimi erant cæcæ superstitionis defensores, quam qui contempsisset, Ciuis habebatur pnitiosus & aperte malus. Quãobrẽ si illi in tam vana superstitione, ritus quos semel recepissent tanta pietate & cura tuebant, qd nobis in tam vera, tam honesta, tam sancta religione faciendum est: sed ut paucis concludam: discant Reip. Gubernatores sapiẽter & consyderate, iuste atq; innocenter, constanter & fortiter, temperanter ac verecunde, honestæ, ac laudabiliter viuere.

Hic notãdum est.

De Optima Reip. Gubernatione. Cap. v.

Magnus & illustris Orator, ac sũma apud Romanos authoritate Philosophus M. Tullius, cum de Rep. scriberet, Platonis sententiam secutus tradidit: Nihil esse illi Principi Deo, qui omnem mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quam concilia coetusq; hominum iure sociati quæ Ciuitates appellantur. sed quid est iure sociata Ciuium multitudo, nisi quæ Optimi Principis Gubernaculis subiacet, quæ legum religione conformatur, institutis regitur, moribus ac disciplina virtutis constituta est: quæ deniq; iustitiæ laude continetur: cui nõ iniuria palmam in omni rerum publicarum admini-

de iustitia & ei' laudibus

ſtratione viri ſapientiſſimi tribuerunt. Quo circa bene & ſcite ſapientiæ moniniētis pro- dit: Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram: & Dauid in Pſalmo: oculi domini ſuper iu- Dauid ſtos, in memoria æterna erit iuſtus. Salomon Salamō benedictio domini ſuper caput iuſti: Diuinus Anſelmus, iuſtitia eſt animi libertas, tribuens Anſelm' vnicuique ſecundum propriam dignitatem maiori reuerentiam, pari concordiam, Deo obedientiam, ſibi ſanctimoniam, inimico pa- tientiam, egeno operoſam miſericordiam: Aurelius Auguſtinus amota iuſtitia, quid ali- Auguſt. ud ſunt regna niſi latrocinia? Macrobius ſi- Macro. ne Iuſtitia non ſolum Reſpub. ſed nec exigu- us hominum cœtus, nec quidem parua do- mus conſtabit. Cicero Iuſtitia virtutis ſplen- Cicero dor eſt maximus: ex quo boni viri nominan- tur: Saluſtius labore ac Iuſtitia Reſpub. excre- Saluſtius ſcit: Ariſtoteles, præclariſſima virtutum vide- Ariſtote tur eſſe Iuſtitia, & neq; heſperus, neq; lucifer les. ita admirabilis: & alio in loco, ſicut perfectū omnium animalium eſt homo, ita à lege & iuſtitia ſeparatum peſſimum omnium. Diui- nus Cyprianus, Iuſtitia eſt pax populorum, Cypria- tutamen patriæ, immunitas plebis, munime- nus. tum gentis, cura langorum, gaudium homi- num, tēperies Aeris. & Saluator noſter Ieſus: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: Quoꝛ

Iustitiæ. diffinitio

Quæ bona parit Iustitia.

niam ipsi saturabuntur. hæc sanctissima iustitia à M. Tullio ita diffinitur: Iustitia est constans & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens, hæc profecto Dux humanæ vitæ putanda est, quæ omnium comitatu septa virtutum vitia pellit, turpitudinē fugat, propulsat iniuriam, Reges facit, regna cōponit, urbes parit, dissipatos homines ad iure viuendum conuocat: conciliat inter se homines, ac præcipuo quodā amore & charitate deuincit: hæc profecto virtus est, quæ initio leges sanxit, iura constituit, hominum concilia optimis temperauit & Institutis & moribus: hæc innocentum hominum & supplicum miseretur, benemerentibus gratiam confert, malemeritos vlciscitur: fidem quæ firmamentum est humanæ societatis inuiolatā seruat: societates atq; amicitias colit: hæc Deo immortali Principi piissimum cultum exhibet, principibus cōgruam reuerentiam, patriæ charitatem, parentibus honorem, studium & beniuolentiam hominibus: hæc omnibus æquabile ius distribuit, honestos & præclaros labores honoribus, præmiis, splēdore decorat: vitia vero hominum & fraudes damnis, ignominiis, uinclis, verberibus, exiliis, morte prosequit̄. Quid potest igitur aut cogitari maius in hominum vita, aut in populorum &

lorum & ciuitatum gubernatione optabi/liusq; possideri: & cæteræ quidem virtutes, si Iustitia desit, nõ modo nihil prodesse que/unt, verum etiam solent obesse plerunque: hæc quidem uel sola tam præclara, tam sa lutaris, tam frugifera est, vt omnis veræ vti litatis ratio ab hac ipsa manare ac fluere vi/deatur: fœlix profecto ille Principatus, fœlix nimirum ea Ciuitas, beata ea Resp. putãda est, in qua floret, regnat, ac dominatur Iu/stitia. hanc igit parare sibi, hanc seruare o/mni studio debent qui populos regũt, qui capessunt Respublicas, qui gerunt Magi/stratum, & ciuilia exercent munera.

Omnis vtilitas à Iusti/tiæ fõte manat ac fluit.

¶De Optima Reipub. Guberna/tione. Cap. vi.

PRofecto sapientissimorum omnium authoritate atq; sententia, vnam im/primis constat esse Iustitiam, quod elegan tissime Philosophorum omnium ferè pri/mus Plato dicere consueuit: cui in omni re rum publicarum administratiõe palma tri buitur: siquidem eius virtutis maxime pro prium munus est, vnicuiq; secundum pro/priam reddere dignitatem. Qua in re & le/gum omnium sanctissimarum & iuris, atq;

De iusti/tia & ei9 laudibus

æquitatis sita & collocata vis est: atq; à Iu-
stitiæ fontibus illa manarunt, ac profecta
sunt omnia, per quæ firmiter & Ciuitatum
omnium, & cuiuslibet principatus stabili-
tur fundamẽtum, ac vera perpetuaq; tran
quillitas roboratur. floruit Lacedæmonio
rum, floruit Atheniẽsium, floruit Roma-
norum Principatus, quamdiu apud illos
viguit domi rectum consilium & foris iu-
stum imperium, contra vero vbi vel do-
minandi libido, vel acquirendi cupiditas
iustitiam poluit, ac iura omnia diuina &
humana subuertit, opes corruerunt, & om
nis totius imperii dignitas atq; gloria la-
befactata est. iustitia (vt sacri Theologi pro
diderũt) aut ipsa summa est virtus, aut fons
est ipse virtutis, quæ bonos mercede mune
ratur, ad probitatem, innocentiam, rectáq;
viuendi rationem impellit, scelus atq; im-
probitatem cohercet, vias peccatorum di
sperdit, supplicibus parcit, audaces compri
mit, tui miles extollit, deprimit superbos,
inopes adiuuat, vidua suscipit, pupillum de
fendit, hãc Chrysippus Philosophus in stoi-
corum disciplina clarissimus condigne &
decore depinxit: cum eius imaginem à pri-
scis Rhetoribus, pictoribusq; fieri solitam
scribit, forma atq; filo virginali, aspectu ve-

Qualis oli Iusti-tiæ ima-go picta fuit.

hementi & formidabili, luminibus oculorum acribus, neq; humilis, neq; atrocis, sed reuerēdæ cuiusdam tristitiæ dignitate. quibus quidem ex imaginibus intelligi voluit præclarissimus Philosophus eum qui vel iudicando, vel gerendo Magistratui sit præfectus, quorum vterq; quidam iustitiæ Antistes habendus est, oportere esse grauē, sanctum, seuerum, īcorruptum, inadulabilem, contraq; improbos nocentesq; immisericordem atq; inexorabilem, erectumq; & arduū, & ui potentem & maiestate, æquitatis veritatisq; terrificum. hæc est illa sanctissima Iustitia, quæ reddit maioribus reuerentiam, æquabilibus concordiam, inferioribus disciplinam: quibus muneribus quid melius, quid honestius, quid deniq; ad humani generis tuendam societatem accommodatius, aut cogitari, aut commemorari potest? Iustitiā cum seruauerint homines, nec violentiæ, nec fraudi, nec iniuriæ, nec audaciæ, nec temeritati relinquetur locus. hæc profecto omnium Philosophorū poetarum & oratorum sententia, mater est omniū Princeps & Regina virtutū. quare Magnifici Domini, Amplissimi Magistratus amplexamini Iustitiam, cōcordiam diligite, leges ac iura seruate, publicæ saluti con/

Iustitie imago aspectu vehementi picta, qd significat

Saluberrima admonitio erga reip. Rectores

ſulite,& omni perturbatione reiecta ad re/ctam Ciuitatis gubernationem animũ in/duſtriamq; conuertit: ut per hos ſapientiæ gradus,perpetuo regnare,de reipub.fœlici/tatem tueri poſſitis ad laudem Dei.

¶De Optima reipub.Guber/natione. Cap.vii.

PRofecto qui Magiſtratum gerit, & publicis rebus gerendis præeſt: intelligendum eſt,ad bene gubernandam regendamq; Rempublicam his opus eſſe,quæ in Optimo quoq; viro & bene de patria ſen/tiente Ciue ſitæ eſſe debent fide ac tacitur/nitate: quæ quidem cum omnibus in rebus,tum in publicis gerendis negociis ma/xime neceſſariæ iudicantur. Eſt enim fides & totius Iuſtitiæ & humanæ conciliatio/nis atq; ciuilis ſocietatis firmum ac ſtabile fundamentum:ſine qua totum bene viuendi ædificium pereat neceſſe eſt. hanc igitur præponant ſibi,qui Reipu.præſunt, q Magiſtratus gerũt, qui iuſte, qui vtiliter,qui recte cupiunt imperare.meminerint populo/rum Ciuitatumq; Rectores,ſuæ fidei com/miſſam eſſe Rempub.& quæ agunt,quæq; cogitant,omnia non ad ſuam ipſorum vti

De fide & taciturnitate.

Fidei diffinitio.

litatem sed ad patriæ salutem eē, atq; commodum referenda: quod si fidei ea vis est, vt vel aduersus hostem videatur esse seruanda, quātam patriæ exhibere debemus, quæ amorem omnem superat, quæ omnes omnium charitates complectitur. Hanc necessário taciturnitas sequitur, cunq; ea naturali quodam iuncta uinculo est, quæ multo magis salutem Ciuitati quàm mulieri decus affert, vere nāq; taciturnítas dicitur optimum ac tutissimum administrandarum rerum vinculum quod dum arctissimum tenuit Romanæ Reipub. Senatus, non modo hostium insidias repulit, sed totius penè orbis est assecutus imperium: Nihil æq; custodiendum Senatus duxit atq; taciturnitatem, quasi fidum quoddam & altissimum Reip. pectus in quo fideliter archana totius Reip. seruabantur. Neq; enim temere aures nobis duas natura dedit ut plura audiam', pauca vero loquamur: proinde Iacobus cognomento iustus, iubet veræ sapientiæ sectatorem alacrem ad audiendum esse, tardum autem ad loquēdum: si piguit sæpe multos fuisse locutos, tacuisse autē ferè neminem. Nec quisquam iure laudabit Parmenonem quempiam, ac vtilem hominē, qui plenus rimarum hac atq; illac perfluit.

Taciturnitas difinitio.

Hic notādum est.

procul faceſſat potius ab omni Reipub. gū bernatione,& longe à gerendis negotiis ar ceatur,qui linguæ petulantiam & loquēdi temeritatem cohercere non didicit. Heſio/ dus poetarum prudentiſſimus, nō vulgan/ dam linguam ſed recōdendam cenſuit: ve re ſcriptum tradit diuus Gregorius: eū qui linguam cohercere non poſſit, vrbi cōpa/ randum, quæ nullis circūſepta mœnibus, & abſq; murorum ambitu hoſtium ſubia/ cet inſidiis, ac multis periculis patet. opti/ mum ſit veræ taciturnitatis exemplum Pa pirius prætextatus, quem Hiſtorici prædi cant, quem nulla vnquā reticebit ætas, nul la oblitterabit obliuio, quod intenera ad/ modum ætate lepido cōmento matrem ludere maluerit, quam Reipub. ſecreta pro/ dere. diſcant igitur, qui Rempu. capeſſunt taciturnitatem diligenti ſeruare cuſtodia, ſecreta tueri atq; fidem: nam optimi autho res exiſtimant, præcipuam eſſe laudem ac virtutem primam tueri fidem, & compeſce re linguam.

Heſiod'
Aurea Gregorii ſentētia.
Exemplū Papirii.

¶De Optima Reip. Gubernatiōe. Ca. viii.

QVoniam ſuperius de iuſtitia, eiuſq; laudibus ſatis abunde pertractatū eſt:

nunc vero de legibus, quæ Reipub. Rectoribus maxime sunt necessariæ dicendum arbitror. Nam sine legibus (vt inquit diuinus Plato) nec domum vllam, nec ciuitatem, nec gẽtem, nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum naturam omnẽ, nec mundũ posse: sunt qui affirment, solitum dicere Dyogenem, qua in ciuitate nec leges valerent, nec amnis currens interflueret, in ea pernoctandum sapienti non esse. habeant semper ante oculos reipub. conseruatores præclaram illam Heracliti sententiã: leges vti muros defendendas esse: cum multo sit periculosius ciuitatem legibus carere, quam vrbem muris: etenim turres & propugnacula vim externã depellunt, quæ rara est, & non nisi a potentioribus infertur: vixq; multis sæculis solet accidere vt moenia pulsentur: leges vero quottidiano præsidio Ciuitatem ab intestina iniuria tuentur: muri ne ab imperatoribus, ne à regibus capiantur opem ferunt: quorũ imperium æquum esse potest & tolerabile: leges autem prohibent ne Turpi & flagitiosæ multitudini, ne improborum libidini seruiamus. earum equidem ope custoditur libertas, bonorum retinetur authoritas, retunditur temeritas, simultates & contẽtio

De legib' seruãdis.

Platonis sententia de legib'

Dyogenis sentẽtia.

Heracliti sententia

Quæ bona pariũt leges.

nes ſũmouentur, concordia alitur, res foris domiq; amplificatur, paſſim agitur hone/ſtum ocium, cõprimitur tumultus, ſopiuntur inimicitiæ, extingũtur odia, omnis omnium ciuium perturbatio depellitur, fortu/næ opes, dignitates, deniq; bona omnia le/gibus conſeruantur amplificanturq;. hinc Athenienſes, hinc ſpartiatæ, hinc Cretenſes maximis floruerunt viribus: qui pro iuris ac legum adminiſtratione Regiam pote/ſtatem, concilium, ſenatum, Cõcionemq; habebant: quid Romanos latii lumen, ac decus enarrem? Nonne hi, quo plures leges condiderunt, eo ſtabilius ſunt adepti imperium? Neq; enim decem tabulis contenti, duas inſuper adiecere: quæ omnes perſcri/ptæ ebore, duodecim tabularum leges nuncupatæ ſunt. Mox ex his ius ciuile ꝙ Papi/riannm vocant, poſt legis actiões profectæ ſunt, ꝙ ius flauianum dixerunt: ſenſim ve/ro & plebiſcitum, & ſenatuſconſultũ, aliaq; item iura conſtituta ſunt. quæ nam gens eſt, tam rudis, tam inculta, tã barbara, tam deniq; ferinis moribus quæ leges non ha/buerit, ſeruaueritq;? & cum tanta ſit legum vtilitas ac Maieſtas, omnes qui conſtitue/rint Reſpub. & leges vſpiam condiderint, perpetua ſæculorum omnium admiratio/ne celebrantur.

De legibus Romanoꝝ

ne celebrãtur. hinc apud hebræos Moyses, apud Aegyptios Mercurius, apud Atheniẽ/ ses Cecrops Rex, Draco, & Solõ, Apud Cra tẽses Minos, apud Spartiatas Lygurg⁹, apđ Argiuos Phoroneus, apud Corinthios Phi don, apud Milesios Hippodamus, apud Thebanos Philolaus, Apud Carthaginẽses Phaleas, ac præterea Socrates, Plato, Aristo teles diuinos quosdam honores meruerũt. Magnos illos & diuinos homines quos ve/ hementer admirata græcia septem sapien/ tes appellant, omnes Plutarcho teste legum fuisse conditores neminem fugit: à quibus iura orta tradita & interpretata sunt. Ma/ gna quippe est eius ciuilis prudentiæ laus, qua colitur honestas, turpitudo contẽnitur iniuria propulsatur, libidines frenantur, fla gitiosorũ hominum audacia furor & insa/ nia cohibetur. Leges, muri & fundamenta sunt ciuitatum, in quibus bonos quam tu/ tissime detinent & malos arcent: nihil bo/ ni tuti atq; honesti esse posset, si iura conte/ mnerent & leges: ꝙ stamus, ꝙ incedimus, ꝙ dormimus, ꝙ deniq; secure vitam agi/ mus, id totum est iuris ac legum defensiõi tribuendum. quæ nisi flagrantissimas ho/ minum libidines atq; auaritiã cohiberent, non mulieres pudicas, non agros, non do/

Hic no/ tandum est de le/ gum in/ uentori/ bus.

Magna quippe Ciuilis pruden/ tiæ laus.

Amotis legibus, vitā propriā non habere⁄mus tu⁄tam.

mos,non vitam tutam haberemus: virgi⁄nes è parētum amplexibus eriperentur: per vias per vicos per plateas homines percu⁄terentur, expoliarentur & crudelissime in⁄terficerentur: furum latronum sicariorum plena essent omnia: bonis viris aut nullus esset locus in ciuitate, aut turpissimis sem⁄per afficerentur iniuriis. has igitur Amplissi mi Magistratus sanctissimas leges amplexa⁄mini & seruate: omniq; conatu procuran⁄dum est, vt promissa seruentur, pacta con⁄stent, non rescindantur conuēta, iura quæ⁄sita nemini auferantur, largitiones non in⁄tercipiantur, legata reddātur, tributa pēdan tur, & vectigalia persoluantur.

Exhorta tio pul⁄cherrima erga rei⁄pub. Gu bernato res

¶ De Optima Reipub. Guberna⁄tione. Cap. ix.

PRodunt veteres historiarum scripto⁄res, Lygurgum Lacedæmoniorū Re gem, qui ea in vrbe salutares imprimis ac sanctissimas leges condidit, populū ad ob⁄sequia principum, Principes ad Iustitiā im⁄periorum instituisse. neq; enim quicquā aut in his qui præsunt, iustitia melius aut in his quos parere oportet, obediendi volun tate laudabilius cogitari potest. Atq; ita ve⁄

mum recte & præclare hominum cōciliatio, ac societas regitur, si Principes & Ciuitatum Rectores Iustitiam tueātur: inferiores vero promptos se, & alacres ad parendum exhibeant. vna enim iustitia est, & mater omnium & Regina virtutum, & quæ philosophorum omnium voce atq; consensu in omni rerum publicarum administratione maxime dominatur, & floret, viget plurimum, splendescit, excellit, malos plectens, dans bonis præmia. Pax dulce est humanæ vitæ pabulum, firmamentum salutis, fructus summæ vbertatis, opus peculiare iustitiæ, incolumitas populorum, status quidam bonorum omnium congregatione cumulatus, verum honestum, iucundum, perfectum bonū: De quo bene Silius Italicus pax optima rerum: Quas homini natura dedit. porro concordia quæ cum pace tota prorsus apta coniugata implicita est, & naturali quadam societate côiuncta, à corde appellata, vnum efficit cor ciuium omnium, vnum ex pluribus animū, mentem vnā, vnam eandē q; omnium voluntatem, vt sit ciuium inter sese veræ fraternitatis ratio. & illa quam natura ipsa præcipuam ingenerauit amicitia, q̄ est omniū rerum diuinarum atq; humanarum cum

De Iustitia

De pace

De concordia

De amicitia

beniuolentia & charitate summa consen- sio. Vos optimi Reipub. Rectores, optimi Magistratus memētote Empedoclis Agrigentini sentētiam, non solum domum & ciuitatem sed etiam quæ sunt, quæq; mouentur omnia, ea constare amicitia, dissipari discordia. patria vero post immortale numē, ac superos merito iure in officiorū gradibus secundum locum obtinet, quippe quæ nos genuit, aluit, educauit, in vrbe ac domo in recta viuendi ratione collocauit: Itaq; patriam diligere, patriam adiuuare, patriam conseruare, patriam amplificare debetis: bene & compositæ locutus est Cicero: vnicuiq; nostrum chari sunt parentes, liberi, propinqui, familiares, sed omnes omnium charitates patria vna complexa est: pro qua quis bonus vnquā mortem dubitauit oppetere, cum ei profuturus esset. Ab hac igitur flagitiorum ac facinorū omnium, quæ hominum conciliationi aduersantur, seminarium arceatur: auaritiæ & cupiditatis imprimis quæ sapiētum testimonio radix malorum est omniū, & ad quæ vis scelera rapit mortalium pectora, tū nefandæ libidinis, & illicitæ Veneris, inertiæ desidiæ, turpis ocii postremo elationis, superbiæ, odii, crudelitatis, inuidiæ, & om-

Empedoclis sētentia

De patria diligēda

Cicero

Hic notandum est

nium deniq; id genus malorum quæ maxime apta sunt, sanctam dirimere humani generis societatem, seminarium extinguatur. Accedit libertas cœleste donum, humanæ vitæ specimen, signaculum gloriæ, diuinæ largitatis & parentis indulgentissimæ naturæ præclarum monimētum, ac summi pignus amoris: hæc cunctis thesauris antecellit: quando nec bene pro toto libertas venditur auro. Quoniā fructus eius preciosior est cunctis opibus: vt quæ expetuntur, omnia huic nequeant comparari. Veniunt ferè bona omnia pariter cum illa, vt mori malit vir magnus & sapiens, quàm ammittere libertatē patiatur: ꝑ qua tuenda magnanimis viris omnis debet esse contētio. hæc igitur cogitate patres, hæc meditemini, ad hæc enitimini, & contendite cunctis viribus: in his diebus laborate & noctibus: ad hæc animum, studiū, operam conferte: & quæ cæteras virtutes condit, simul & perficit, diligentiam adhibete.

De libertate

De constantia magni viri in seruanda libertate.

¶ De Optima Reip. Gubernatiōe. Ca. x.

ILli profecto qui primi urbes condiderunt, & dispersos mōtibus & syluis homines, ac passim belluarum more vagātes

ad societatem vitæ conuocarunt, procul/
dubio magni viri extiterunt: ac iure habiti
sunt:& appellati sapientes.sed pari quoque
digni sunt laude,earundem Ciuitatum re/
ctores, & conseruatores, quorum virtute
opera authoritate illa geruntur,quæ à to/
tius mundi Principe ac rectore Deo impe/
rata sunt:in quibusvniuersa lex pēdet,& to/
ta sita est religionis ratio & recte ac laudabi
liter viuendi disciplina.hæc sunt duo æter
ni mandata Principis, primum ut colatur
Deus,alterum huic simile vt proximus dili
gatur:hoc iubent leges,hoc iura diuina &
humana contendunt:hoc studio omni cu
rare debent rerum publicarum rectores &
Magistratus,vt per rectam illorum admini
strationem,iuste,pie,moderate, tranquille
viuatur hominum conciliatione ac socie/
tate:præterea ad moderandam temp. desi
Opinio laudata retinenda est
gnati,non reiciant quorum sit opinio lau
data,sed eos in consultatione magnarū re
rum quæ in desceptationē veniant,admit
tere,audire,& attendere debeant:interdum
& in causis mediocribus, quarū aliqua pos
sit esse contentio,siue ad Ciues spectent pri
uatim,siue publicæ ad vniuersam Ciuitatē.
sit hoc inter bonos malosq; discrimē, ut re
cipiant alteri deliberandis rebus,alteri quan

tum fieri poteſt abiiciantur. vetus eſt illud Antiſthenis, tum demum perire Ciuitatem cum à bonis mali non ſecernantur: vt tanquam ager excolẽda ſit Ciuilis ſocietas. nec minus ſuſtentandi Ciues boni & hornandi ſunt, quam herbæ ſalutares rigandæ & fouẽdæ: Mali autem radicitus extirpãdi. tantiſp enim bona fuerit, tranquilla, & beata respublica, dum boni & ſapientes extiterint, qui Magiſtratus gerunt. tales nanque conſtat eſſe Ciuitates ac populos, quales hi fuerint qui eis gubernandis ac regẽdis præſunt. boni ſunt autem qui acriter libertatẽ retinẽt, & ad libertatem patriæ tuendã parati ſunt etiã vitam & ſanguinem fundere: boni ſũt, qui omnia ad communem referunt vtilitatem ac decus, obliti commodorum ſuorũ: Boni ſunt qui totum reipub. corpus procurant, nec dum partem aliquam tuentur, reliquas deſerunt. Boni ſunt qui ira, odio, inuidia, inimicitia, ac cæteris perturbationibus vacuos ſeſe præſtiterint: Boni ſunt rurſus qui intelligunt ſe gerere perſonam ciuitatis, & eius dignitatem ſubſtinẽt ac decus: Boni ſunt, qui diligunt iuſtitiam, leges ſeruant, iura atq; inſtituta tuentur. Boni ſunt qui diligunt inuicem: cõcordiam amant: vnitatem ſpiritus cõſectãtur: pacem ample-

Antiſthenis ſentẽtia

Quales Reipub. rectores boni dicẽdi ſũt

ſtuntur: quæ bonorum omniũ cumulum præſtat, quæ totius humani generis ſalutẽ continet, & aurei ſæculi ſpeciem quãdam & imaginem reducit. Boni deniq; Magiſtratus ſunt, qui omnia quaſi deo teſte, quẽ trinũ & vnum venerantur ac metuunt, pie agunt, cogitant, dicũt, nihil cupide & auare, nihil timide & ignaue, nihil intemperanter, nihil incontinenter ac moliter gerunt: qui non famam, vt ſtulti faciunt, ſed ſolam conſcientiam verẽtur: & dum rationẽ, virtutem, veritatem ſequantur, cætera pro nihilo putant omnia: huiuſmodi nos Magiſtratus probamus, hos quærimus hos optamus, tales intuemur, qui modo omnia reipub. ſapientia, moderatiõe, integritate gubernant.

Hic notandum eſt.

DE OPTIMA REIP. GVBERNATIONE. LIBER. II.

¶ Antonio Grimano Sereniſſimo Vene/
tiarum Principi, Franciſcus Lu/
tius Durãtinus perpetuam
exoptat fœlicitatem.



Onſueuerunt Maiores no/
ſtri Sereniſſime Princeps,
eos ſemper non modo mi
ris ac ſummis laudibus ef/
ferre, ſed etiam ampliſsimis
proſequi præmiis, quos p̃/
cipua virtute, ſingulari inte
gritate, admirabili vitæ cõ
ſtantia præſtare animaduertiſſent. præcla/
ra ſemper fuit omnium fere populorum cõ
ſuetudo, qui iuſte & laudabiliter ad bene vi
uendum ſunt comparati: ut tuendæ virtu/
tis & perficiendæ iuſtitiæ gratia, ſemper nõ
ſolum beniuolentia & charitate complecte
rentur, verũ etiam magnis honoribus affi/
cerent: qui de ipſorum patria & ciuitate de
Rep. & magiſtratu benemeriti eſſent. itaq;
aliis aurea, argentea, vel marmorea ſigna
ſunt poſita: Alii eruditorum hominũ car/
minibus & hiſtoria celebrati: pleriq; glorio
ſis inſignibus, atq; ornamentis affecti fue/
runt. hinc coronæ militares, corona trium
phalis, corona caſtrenſis, Corona naua/

lis:hinc Lauri, hinc Mirti, hinc ederæ ac palmæ decus, hinc gemmarũ rutilantium fulgor, hinc innumerabilia id genus ornamẽta: vt iuuenes cupidine gloriæ inflãmati, ingenuis artibus atq; disciplinis incumberẽt. qua ꝓpter si suscipere & assequi meruerunt, in quibus non vera sapientia, nõ perfecta religio erat: quid nos christiani Redemptoris vexillum portantes, facere debemus erga illos, qui sapiẽtiam, religionem, iustitiã, pietatem, & cuiusq; generis virtutẽ assecuti, recte & iuste, viriliter & splendide nostra ætate amplissimum gerũt Magistratum? si cæteri doctrina & eloquentia viri prestantes laudandi sunt: quanto magis Reipu. Rectores beniuolentia, amore, omniũq; genere laudum sunt prosequẽdi? hi enim qui sapientia, ingenii accumine, virtutis præstantia, rationis & consilii magnitudine cæteros antecellũt, iustitiam & bonitatẽ complectuntur. hi ad homines iuuãdos conseruandosq; nati videntur: & nihil sequuntur magis quam cõmunem hominum salutẽ atq; vtilitatem: nihil profecto præclarius, nihil excellentius, nihil vtilius in terris fieri potest, quam Magistratum recte & iuste regere: & patriã præclaris institutis & bene gestis rebus illustrare: quibus summa omnia

ſtudia, atq; officia plurimum debentur. patria quidem queadmodum parentes, & ipſa noſtrũ eſt genus, ac verum natalis noſtri primordium: quippe quæ gignit & alit & adiumenta vitæ ſuppeditat: quare quũ ſciã hominem cæteris animantibus non modo vi mentis, ac dignitate rationis, ſed perpetui quoq; æui munere atq; imortalitate viuendi præſtare: quæ omnia mundi fabricator & cõditor Deus, ad mortalem hanc tuendam vitam contulit. hac ſola optima magiſtratus gubernatione immortalitatis nomen nõ ſolum in hac mortali luce quã incolit aſſequi poterit, verum etiam ex hac vita migrans, fœlix ac ſempiternum æuum ageret beatus. Quare Sereniſſime Princeps, Ampliſſimi Magiſtratus amplexamini iuſtitiam, diligite concordiam, leges ac iura ſeruate: ut Reipub. Fœlicitatem tueri poſſitis ad laudem Dei. qui veſtrum imperium, & præclaram ciuitatem bonis omnibus ornatam, legibus armatam in tranquillitate pacis & rerum omnium ſplendore & gloria perpetuis ſæculis impartiri & conſeruare dignetur.

FRANCISCI LVCII DVRANtini, de præclara Reipublicæ Gubernatione. Lib. secũdus. Cap. i.



On sum nescius, eũ qui de Reipublicæ gubernatione verba facturus sit, virum authoritate præstantem & eloquentiæ ornatum laudibus esse oportere: scite &

vere Doctor sacratissimus dicere solit' erat, grãdes materias igenia parua non sufferũt. Sed auxilio altissimi fretus, lectorũq; huma nitate cõfisus, nõnulla de Rectorib' Reip. explicabimus: queri igitur solet à doctis ac sapientissimis viri, quæ illa sint, quæ ciuitatum Rectores, ac Magistratus habere cõueniat: ut bene paccate ac trãquille vnaqueq; ciuitas, ac Respub. gubernetur: vt & veram beatitudinem adipisci possit, & perpetuo ocio, ac diuturna pace fruatur. Nam præ cæteris rebus diuini cultus reuerentia tuenda est, iustitiæ cõseruatio, concordiæ unitas, recta administrãdarum rerum ratio: & enim ciuitas teste magno philosopho, societatum omnium principalissima est: & principalis boni gratia cõstituta: sed hominibus bona, solum ab omnipotente rerum omnium creatore tribuuntur. Nam omne datum optimũ, atq; omne perfectum donum de sursum est, descẽdens à patre lumi num: ille est pacis author, quietis dator, sapientiæ largitor, ille deniq; gratiarum omnium fons vberrimus. proxime accedat iustitia, quæ vna in publicis administrationibus maxima dominatur. ad quam cõseruandam, depurgatio quædam est adhibenda tanquã à lolio frumenti: nam si bonorum

Diuini cultus reuerentia tuẽda est

De iustitia

& sapientum consilia in repu. apparent, nihil speciosius & trãquillius agi potest, nihil fœdius & turbatius si malorum: inde salus ciuitatis stabilitas & robur, hinc calamitas, tumultus, euersiones oriũtur: eam ob rem quorum sit integritas spectata, mores cogniti & probati, authoritas non vulgaris ætas non contẽnenda, non despectum genus, eorum sententiæ minime spernendæ sunt: qui autem suo iudicio nullius cõsilio facit omnia, hic aut Deus quidam inter homines habendus est, aut ꝙ magis arbitror temerarius iudicãdus. Zeno eos cõmendandos in primis cẽset, qui ab aliis moueri malint, quam ipsi suo ductu rem gerere: vt quãquam industria freti sua valeãt, ipsi ingenio & cõsilio sint perspicaci, tamẽ quid cæteris quoq; videatur explorent. fingunt poetæ, Iouem cum quid grauius sit delibe randum, ꝯuocare reliquos Deos in concio nem & ordine rogare sentẽtiam: vt intelligamus eo magis consulendos esse mortali bus, qui rerum præditi sint experiẽtia, quo sunt ingenio hebetiore atq; obtusione quã dii: longe inuidiam vobis fugiendam cen seo: sed labũtur in eam maxime qui cupidi gloriæ inanis, omnem sibi laudem student vendicare: nec volunt cum cæteris cõmu

Quorũ sentẽtiæ non sunt spernendæ

Zenonis sentẽtia.

Inuidiã fugiẽdã esse.

nicare, vt videre in maximis rebus decernẽdis soli videantur. quæ laus est & si est magna, coniuncta tamẽ cum ciuiũ iniuria, plena est ostentationis & insolentiæ: paritq; simultates & discordias. Quapropter adhibenda est moderatio comitatis & optimorum consultatio. pessimi autem Rectores vt ait Plato, careant splendore, nullusq; pateat aditus ad dignitatem, nec vnquã extollantur: at bonorum consiliis referta sit ciuitas. vbi autem improbitas valet, non imperium illud quidem dicendum est, non ciuitas, non Respub. sed tyrannis secessio, & turbulentia siccariorum.

Platonis sentẽtia.

De præclara Reipub. Gubernatione. Cap. ii.

SOcrates philosophiæ parens, quem sapientissimum oraculo apollinis iudicatum ferunt: cum de optima Repub. loqueretur, & quid nam de illa sentiret in medium proferret: optima ciuitatis iacta fundamenta dicebat, & perpetua quadam firmitate constare, si sapiens, si virilis, si temperans, si iusta foret. quæ quidem magnæ eximiæq; virtutes, tametsi totius humanæ vitæ contineãt rationem, præcipue tamen

ad bene

ad bene regẽdam ciuitatem adeo necessa/
riæ sunt, vt absq; earum præsidio nulla nec
munita satis, nec tuta sit ciuitas: sapientia
enim quæ vna omnium excellẽtissima est,
in maximarum rerum cognitione cõsistit:
prudentia in capiendis consiliis & bonarũ
malarũq; rerum habẽdo delectu. Aequitas
in hominum societate tuenda, ac ius suum
reddendo cuiq;. animi magnitudo, alias in
perturbationibus repellendis, sedandisq; in
iustis motibus, alias in fragilibus contẽnen
dis rebus tota versatur. Modestia in omniũ
consiliorum actionumq; seruãda ratione:
& eorum omniũ quæ vel dicũtur, uel agun
tur ordine & modo. quibus ex rebus cõfla/
tur, ac demũ conficitur id, ad quod nasci
hominẽ. q; est ad fœlicitatem adipiscendã
& illam consequẽdam beatitudinem: quæ
certe status est bonorum omniũ congre/
gatione perfectus. sed si vere sentire volue/
rimus, statuemus pculdubio totam & bene
viuendi & bene regendi rationem, in sola
virtutis actione cõsistere: & à sapientiæ fon
te quæ vna virtutes omnes suo ambitu cõ/
tinet, proculdubio manare ac proficisci:
atq; hinc erat illa Platonis iam nota omni/
bus ac celebrata sentẽtia, qui dicere solebat:
beatas fore Respub. si eas vel studiosi sapien

De sapiẽtia.

De prudentia

De Aequitate

De animi magnitudine

De modestia

Optima Platonis sentẽtia.

tiæ regerẽt, vel earũ Rectores studere sapiẽ/
tiæ contigisset. quam qui sequũtur, à recta
viuendi ratiõe nunquã aberrãt. parit enim
virtutes omnes eas imprimis, quibus serua/
tis, præclara est, ac merito laudanda omnis
Reipub. constitutio: totaq; hominum con
ciliatio, & rite simul & beate procedit: nec
est aliũde pietas ac religio, per quam imor
tali totius mundi principi, ac reliquis supe/
ris honores, sacrificia, cærimoniæ, summa
animorum deuotiõe ac cultu statutis tem/
poribus persoluuntur. per quam certo sibi
persuadet mortalium genus, æternum ac
diuinũ numẽ res curare humanas: & quod
ipse quoq; testatus est Cicero, piorum atq;
impiorum habere rationẽ: vt qui bene &
cum virtute vixerint, præmia digna repor
tent: scelerati vero atq; improbi iustis poe/
nis, ac variis suppliciorum generibus affi/
ciãtur: vt qui patriã adiuuerint, seruauerit,
auxerint, soluti corporum vinculis foelici
æuo atq; imortalitate fruantur. qui vero in
Cicerõis sentẽtia. ea delenda fuerit occupati in terra, horrida
formidolosa inferorum loca mergentur.
Quare si sapiens extiterit, qui Rempub. gu
bernat, iustitiam omni studio ac diligenti
industria tueri conabitur: si tranquillam, si
pacatam, si gloriosam, si diuturnã, si deniq;

saluam esse velit Rempublicam.


¶De præclara Reipub. Gubernatione. Cap.iii.

QVãquam ad rempub.bene & recta gubernandam, qui consilio prudentia, multarum rerum cognitione pollere viderentur, eligendi sint: viri tamen doctrina & sapientia præstantes, cæteris omissis ad regendum Magistratum suscipiendi, ac retinendi sunt. vt eorum saluberrimis consiliis omnia regant: mota eni sapiẽtia, fugatisq; eius sectatoribus omnia deficere necesse est: hinc Philippus Alexandri pater, cum opprimere Atheniensiũ libertatem statuisset, dari sibi sapientiores vrbis postulauit: ut eorum cõsiliis spoliata Ciuitas, facilius in discrimẽ & seruitutem traheretur. Intelligebat callidus Rex non plus valere foris strenuum militem, quam egregium ciuẽ domi ad Rẽpublicam defendendam: à quo cum esset destituta citius quam à milite deserta caperẽt. sic apud Homerum Agamẽnonẽ plures sibi dari in castris Nestoreos, quam Achilles: quorum alteri manu, alteri consilio valerent. sapientes igitur retinendi sunt, ignari & mali ciues fugiendi, hi enim prauo con/

Viri sapientes ad Reipub. gubernationẽ eligendi sunt.

Philippi Regis prudẽtia

Agamemnonis opinio



filio, cuncta funditus labefactant. parati erãt olim censores Romæ, qui pessimum quẽq; senatu pellerent. qua dignitate, aut officio quid sanctius? floruisse illorũ rempub. videmus, quam diu bonorum consilia valuerunt. postea vero quam ad nefarios perducta res est: ortæ ciuiles discordiæ, bellaq; intestina rem atq; imperiũ sustulerunt: non possunt improbi honesta suadere, quibus ipsi sint infensi, & præstare non possint. Quis legem aduersus seipsum ferat? quis cõsilium? nam expectandum vt aut ab adultero adulteria, aut à fure furta noua lege reprimãtur? obstabunt potius, & quanto maximo poterunt conatu aduersabuntur, reprimere volentibus: duo insuper hoc in loco potissimum occurrunt, quæ ciuitatẽ & Rẽpub. seruare, & vrbes celebres facere merito possunt, litterarum studia, & Mercatorum negociationes, atq; artificum ministeria. Nam de litterarum studiis quid multa dicere necesse est? hæc cognitionem pariũt, intellectum perficiunt, hominem exornãt, & a bestiarum & mutorum animalium feritate distinguunt: aperiunt ad capiẽda cõsilia, salutis viam, vt per sciẽtiam, & rerum inuestigationem & cognitam veritatem, ciuitatis salutem, Reipu. vtilitatem, patriæ

De litterarũ studio.

Quæ bona literarũ studia parere solent.

firmamentum & gloriam, cõmunem tran quillitatem & pacem tueri & cõseruare pos sitis. vnde eleganter & sapientissime sum/ mus Orator laudat litterarum studia in ora tione pro archia poeta dicens: hæc studia adolescentiam agunt, senectuté oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugium ac solatium præbent, delectant domi, nõ im/ pediunt foris, pernoctant nobiscum, pere/ grinantur, rusticãtur. proxime post rerum scientiam, ratiõe & ordine sequitur artium multitudo ac varietas: quæ ad rectã & per/ fectam ciuitatis institutioné ac disciplinam necessaria est: etenim oportet ciuitaté, om/ nia alimenta, frumentum, vinum, oleũ, po culenta atq; esculenta omnia abunde ha/ bere. & nihil desit omnino ex his rebus quæ ad reliquum vitæ cultum spectét. per quas hominum vita ꝯseruari, atq; substineri pos/ sit. Ita nãq; & vera ciuitas & beata iudicari debet, si ad bene viuendum constituta legi bus & moribus cõformata, munita sapien/ tum virorum cõsilio, omnium abũde sup/ peditet, & subministret vbertatem, ac cir/ cũfluentiam: quibus inter se homines iuua/ re ciuitates continere, necessaria alimenta cõparare, vitæ præsidia & maxima quæq; adiumenta cõferre possint. hinc reperta &

De artiũ multitudine & varietate

De mercatorũ industria

De exercitatiõe artificũ.

inuenta est primum Mercatorũ industria, deinde artificum labores, atq; opera: illi ex alto & ex longinquis regionibus adducũt, & important, quibus ipsi caremus, & exportantur quæ supra necessitatem suppetũt nobis. Artifices vero ministeriorũ diuersitate & multiplici exercitatione, & sufficientẽ & expolitam atq; excultam hominum vitam reddunt. Alii ædificant, & architecturã exercent. Alii lanificio intendunt, alii texturam agunt: Alii alias vtilitates & vitæ cultus expediunt, sine quibus hominũ societas parũ differret a natura ferarũ, quæ naturali tantum instinctu agitur, nihil consilio, nihil ratione, nihil industria ac studio molitur & efficit. Ad hæc duo mentem. Amplissimi Magistratus conuertite, ad studiorum augẽdam celebritatem in vestra gloriosa Repub. ad frequentanda & componenda artium ministeria, vires & operam adhibete. quæ duo, præclaram vestram efficiant ciuitatem, & illa sine labore parabitis. si Iustitiã & concordiam & legum sanctitatẽ studiose & vnanimiter seruare volueritis, & Deũ & genitricem eius super omnia, diligere, amare, venerariq;: vt vestrum senatum in tranquillitate pacis & rerum omniũ splendore & gloria perpetuis sæculis tueatur.

Exhortatio ad magistratus.

De Optima Reipub. Gubernatione. Cap. iiii.

Illud mihi dicere cogitanti in mentem venit, plurimum in omni publicarum rerum administratione valere optimi Magistratus diligentiam atq; authoritatem: quibus & Ciuitatum & populorũ omnium gubernacula, ac præsidia continentur. Sed oportet huiusmodi hominem qui publicis muneribus præsit, Iustitiæ, prudentiæ, moderationis præditum eẽ laudibus: quibus efflorescentibus, tranquilitas, pax, ocium, gloria vigeant necesse est: nam Iustitia ea virtus est: quæ præcipue in omni gubernandi ratione meruit Principatum: quippe vnicuiq; suum tribuens pro meritorum dignitate, bonos præmiis atq; honoribus improbos cruciatibus, ac suppliciorũ pœnis afficit: vt inter bonos & malos sit discrimen. verũ iustum esse parum prodest, nisi & pclarissima virtus adiuncta est: quæ in regendis hominibus maxime splẽdescit, ac dominatur prudentia: ex ea nãq; salus vitæ & conseruatio dignitatis exoritur: ut & consilio iuuare, & prouidentia regere, & recte ac tuto omnia tueri possitis: sed eius admirabilis splendor omnibus (vt opinor) in

Diligentia & authoritas plurimũ valẽt in magistratu.

De iustitia.

De prudentia.

De moderatiõe | promptu est: Quid dicam de moderatiõe? quæ ita omnium doctissimorum hominũ laude celebratur, ut nec mea nec cuiuspiam alterius oratione egeat. hæc profecto concitatos animorum impetus frenat, cupiditatem reprimit, iracundiam cohercet, vim deniq; cohibet perturbationum omnium, mentem paccatam ac tranquillam efficit: vt ea cum ad sit recta sit omnium rerũ administratio: & ad iudicandũ recto boni & æqui examine procedatur: post has præclarissimas virtutes sequitur integritas, res pro-

De integritate. | fecto magna & necessaria Reip. Rectorib': qui nullius priuatam amicitiam ita colere debent, vt publica iura violentur: pluris.n. decus Ciuium quam amici gratia faciendum est. nullius inimicitias ita prosequi, vt nõ existimetis publica instituta priuata charitate esse potiora: deniq; nec præce, nec ꝑcio discedere licet ab eo loco quem æquitatis muri tueantur. qui æquitatem oppugnent publici hostes iudicandi sunt: qui vero tuentur, defensores libertatis dicendi, & publicæ salutis propugnatores: quod cum in cæteris magnificum & gloriosum, tum

Mos Aegyptioꝝ | his qui Ciuitati præsunt necessarium. solebant veteres Aegyptii Principis collo appendere veritatem, quam iudicium redditurus semper

turus semper oculis subclausis intueretur. extat Samii Pythagoræ vetus symbolum, legibus opem ferendam esse, iniquitatem debellandam, stateram non transiliendã, cor non edendum: quibus clarissimus Philosophus aperte monet, quales præstare sese debeant, qui Magistratum gerent, & in Rep. versentur. habendus est animus in consulẽdo liber, in iudicando liberior: nec staterã transilias, idest quod æquum iustumq; sit ne transgrediare. Agitur amici causa: uidete ne mitiores quia sit amici futura sententia, accusatur inimicus, nec ob hoc quidem aspiores quia inimicus: deniq; oportet eũ qui Magistratũ ineat, exuere stati seipsum, & omne suum studium, & cupiditatem cõ ueste deponere: induereq; publicam persõnam vniuersæ Ciuitatis: omnia & priuata & publica sui iuris arbitrari: existimare quicquid Respub. vel singulus quisq; patiatẽ detrimenti, ad suam ignominiam, dedecusq; redundare: sed tamen ita corpori consulendum est, ut singula membra cõcordi assensione moueãtur: nihilq; sit omnino quod à mole tota deseratur.

Pythagoræ præceptum saluberrimum

Hoc in loco aures aperiendæ sunt

¶De Præclara Reipub. Gubernatione. Cap. v.

QVi alicui præministrationi præfici/tur,& regēdis rebus præest,debet im primis ipse secum meditari,ac diligenter ex cogitare,quid sit quod maxime & præcæ/teris rebus curari & administrari cōueniat: vt cognitis ac recte pceptis muneris sui par tibus,omnem ad res cōficiendas industriā, laborem,atq; operam adhibet: tum serua/re debet in consiliis circunspectionē, in ora tione modestiam,in actionibus atq; operi/bus fidem,diligentiam & celeritatem: nul/lis animi perturbationibus sit obnoxius:ira odio,inimicitiis vacet nullius minas perti/mescat:gratia & præcibus non flectatur, vi duam & pupillum suscipiat, inopes atq; opu lentos pari iure contineat.ut per hæc diui/ni cultus honori satisfiat:Regiæ maiestatis decori seruiatur,iustitia æquitas, & omnis laus cumulatissime expleatur. hoc quoque secundum religionis obseruantiam,& con sultationem bonorum morum præcipuū est in magistratu benegerendo:vt neminē nisi quantum fert communis ratio extollē dum putes,deprimendum neminem: nam Iustitiæ defendendæ gratia, quāuis graues inimicitias esse subeundas.Pytacum Myti/lenum:eum qui vnus ex septem est habitus, solitum dicere tradunt veteres,malle se in/

Pulcher/rima ad/monitio erga Rei pub.Re/ctores.

Hic notā dum est.

Pytaci Mytile/ni senten tia.

ter inimicos quam amicos sententiam fer/re:nam ex inimicis alterum amicum, ex a/micis alterum inimicum futurũ: quod quã uis ita se haberet, esse tamen si quãdo in vsu eueniret, æquitatem amicitiæ anteferendũ etiam si alter esset inimicus. hæc lex tenen/da est in iudiciis, ne iniustitiam vnicũ male vt Socrates solebat appellare, iustitiæ quod maximũ est bonum anteponamus: nam q amore, aut odio, aut spe, aut metu iudicat, is à maiestate suã amplissima recedẽs, vitæ officia peruertit: & Ciuitati non mediocrẽ facit iniuriam: communi iure violato, quo quid potest esse acriori supplicio magis di/gnum? cum autem varia sint hominum of/ficia vt boni & cõpositi patrisfamilias do/mum instruere, liberos erudire: boni Agri/colæ, agros bene colere, fodere, & arare: vt boni ciuis, iusto imperio, legibus, institutis parere: vt optimatum, bene de cõmuni li/bertate sentire, magnificentius viuere, hone/statem defendere, iuuentutem coercere, o/mni ui decus publicum augere: vt adolo/scentium, vestigia maiorum imitari, excita/ri ad laudem, gloriam virtute & ingenio quærere: eius uero, cui cõmissa sit Respubli/ca, omnia omnium officia quæcunq; ad commodum, salutem, ornamentum reip.

Lex ista tenenda est in iu/diciis

Varia sũt hominũ officia

Saluber/rima ex/hortatio

bus, legibus, iſtitutis creſcat: nullaq́ pars omnino ſit, cui debita cum diligentia nõ cõſulatur: quemadmodum in pulchro & præſtanti corpore lauandus puliendusq́; vult', ſed nec capilli, & vnguiculæ negligentius habendæ ſunt. vetus eſt Platonis comprobatio de lyra, in qua ſi vel vna corda non conſonet, omnis concẽtus offenditur. ſed vt paucis concludam: hoc in calcæ huius capi. dicere arbitror virum in Magiſtratu conſtitutum, & Reipub. gubernacula tenẽtem, nulla vna virtute contẽtum eſſe oportere, ſed opus eſſe virtutum omni præſtare genere: vt ſit tanquã ſpeculum quoddã honeſtatis clarum atq́ ſplendidum: & quo ſe cæteri componant ad bene, ſanctéq́ viuendum.

Cõprobatio Platonis de lyra

Hoc ĩ loco apiendæ ſunt aures.

De præclara Reipub. Gubernatione. Cap. vi.

P. Scipionem eum, qui primus Aphricanus appellatus eſt, P. Corneliũ emilianum in Maſſiniſſæ Regno ad quem ſalutandum venerat, p quietem ammonuiſſe legimus iuſtitiam colendam, ac pietatem: id q̃ in præclariſſimo de Repub. libro pſecutus eſt Cicero, q̃ & ob eã cauſam ſom-

P. Scipionis ammonitio

nisi tenacem iustitiæ animũ,& nullis à vo- camẽtis à rectoq; deflectantẽ? quid gladius nisi huius præsidio patriam oportere tutã esse tum ab hostibus, tum a scelerosis? sed cum pietate ipsa congrue adhibetur iusti- tia: quæ vna in primis in vniuersa humani generis congregatione, præcipue semper floruit & merito dominatur: nã teste Pla- tone: sine iustitia non modo ciuitatis socie tas, sed ne vlla quidem pars eius conseruari potest: Qua vt Hieronymus Doctor sacra- tissimus prodidit, virtutũ omnium cumu- lus cõtinetur: ita vt eius proprium munus sit, & a malo declinare & bonũ sectari. per hanc profecto Reges regnant, principes do minãtur, ciuitates & populi omnes pacem assequũtur: per iustitiam siquidem leges, ac iura seruantur: virtus atq; honestas colitur, ꝓpulsatur iniuria, cohercetur improbitas. Quare sapiens scita hortatur q populis præ sunt, & rerum publicarũ gubernaculis sunt præfecti, & admonet dicant, diligite iusti- tiam, qui iudicatis terrã: ad quam auidius amplectendam vestras fuissem dominatio- nes cohortatus, nisi vestra sponte intellige- rem excelsi Domini vos huius tam eximiæ virtutis excellere ꝑstantia: vt iam supuacuũ sit, plura ea de re in medium afferre.

De iusti- tia

Platonis sententia

Hierony mi sentẽ tia.

¶De Optima Reipub. Guberna/
tione. Cap. vii.

HActenus de nõnullis præceptis, quæ ad Reipu. gubernatores pertinẽt per tractatum est: nunc vero vnum tantúmo/ do restat, quo nihil vtilius, nihil excellen/ tius, nihil sanctius dici potest: ꝙ in causis iu/ dicandis apparet: in quibus nõ nihil laudis sibi vendicat clemẽtia: quæ propria est vi/ ri præstantis & mansueti & magis naturæ nostræ imbecillitatem, quam legum seue/ ritatem aut sceleris atrocitatem cogitantis: nam acerbius punire, nocentes torquere, ex cruciare crudelissimi solent: iniurias au/ tem moderate prosequi, magnifici animi opus est: & supplicia ad mansuetudinẽ suã, non ad sceleris atrocitatem referẽtis: est ge nus hominum ímane & detestabile, qui nul lo nisi cruento contenti cruciatu, omnem abiiciunt humanitatem, etiam in re tenui nouum aliquod supplicii genus excogitãt: hi pro palmario habent multis cladem in/ tulisse: scelera ꝑfecto non neglgẽda sunt, sed nec acerbius quã ferat ratio humanita tis, & magnitudo delicti punienda: Atheni/ enses, quorum præcepta de vita præclara sunt habita, vnde leges nostre tanquam e

De clemẽtia in causis iudicandis.

Scelera nõ sunt ne/ gligẽda.

fonte

fonte defluxerunt, vel in grauissimo scelere cicutam afferebant: eo supplicio contenti. de Phalaridis Tauro & Neronis subscriptione quid referam? quorum alter eũ qui tam imane supplicium excogitasset, illo ipso in tauro necari iussit: Alter quoties esset ciuis mulctandus morte, dicere solebat, velle sese ignorare litteras: ne aliene calamitati manum apponeret: q̃ si crudelissimis tyrannis penæ acerbitas non placebat, quid iusto imperio: & ciuili mansuetudine faciendum est? hæc autem eo spectant, vt inuitus ad dãnationem hominis accedatis vt quãtũ voluptatis capiatis scelere comprimendo, tantum capiatis doloris, q̃ in scelus inciderint qui sunt puniendi: nec quod ætate nostra plerique solent: multos laqueo, plurimos securi confecisse glorieminі: nam & si punire latrones, fures, siccarios, & cæteros id genus necessariũ est, fortasse etiã gloriosum, tamen in id necessitatis non sponte est veniendum: ne vnde gloriam paulo auidius queratis, ignominiam consequi videamini: cogat vos necessitas ipsa puniendi, non excruciandi libido impellat: nec solum crimina spectanda sunt, sed etiam causa, tempus, locus, persona inspiciẽda, & quo in loco flagitium sit cõmissum: hæc omnia ab

De phalaridis & auro de Neronis subscriptione

Saluberrima admonitio

Necessitas puniendi cogat reip. Rectores

excruciã di libido

æquitatis fonte oriuntur: non ferè semper explicata legibus ad vnguem, judicis tamẽ arbitrio reposita: in quo illud est magnificentissimum imbecillitatem contra potentiam inopiam contra diuitias tueri atq; defendere: cauẽdum est enim ne illa aurea Solonis sentẽtia in vos appareat, quem solitũ dicere aiunt, leges aranearum telæ similes videri: siquidem telam illã, si quid leue imbecillumq; inciderit, inuoluere & detinere, graue autem si quid aut robustum cadere & rũpi: sic leges cohercere in validos, à potentibus frangi solere. sunt qui putãt hominem in Magistratu positum ita pingi & exprimi oportere: vt nulla pars corporis vacet officio. primum frõtem ad tempus effingunt, vt lenis & porrecta in suadẽdo aspera, rugosa, thetrica in judicando, quã & obseruare boni possint, & improbi formidare: vigiles sint oculi & circũspicientes, modesti tamẽ. sequũtur deinde aures duæ: quarum Altera accusatori est aperienda, altera pandenda defensori: in quo cauẽdum est ne quid temere credatis, ne ue pertinaces sitis, ut q semel audieritis auelli nõ possit, nec plus fidei improbornm temeritati quam bonorum innocẽtiæ adhibeatis: sed ne dicere nimis multa in eam sentẽtiam vi

Solonis sentẽtia de legibus

De pictura hominis i magistratu positi

Duæ aures

deantur, colligenda sunt ei, qui gubernacu la Reipub. teneat, omnia genera uirtutum: vitiaq; abiicienda omnia, ne qua parte defi ciat. & quoniam sine auxilio dei fragilitas humana nihil perfecti assequi vnquam po- terit, ad eius incomprehensibilem maiesta- tem deuotissimæ fundendæ sunt præces: vt ipse vos Reipublicæ rectores enutriat, tueatur, foueatq;: vt hæc gloriosa & præ- clara ciuitas in bonis operibus perseueret, vt pro sua ineffabili bonitate vos adiuuet, defendat, amplificet, augeat Rempu. ac foe licissimam faciat: cunctis protegatur aduer sis, vt in huius vitæ varietate concordiam, dignitatem, vnanimitatem, mutuam beni uolentiam seruare possitis.

Omnia virtutũ genera reip. Re- ctoribus sunt ne- cessaria.

Ad Deũ confugi endũ est.

LIBER TERTIVS.

Antonio Grimano Serenissimo Venetiarũ Principi Franciscus Lucius Durantinus perpetuam fœlicitatẽ exoptat.

AFfirmãt Veteres historiarum scriptores, doctrina & authoritate præstãtes serenissime Princeps, qui omnibus de rebus grauiter & copiose disseruerunt, nihil excellentius nihil acceptius optimo, maximo, & omnipotenti principi atq; immortali deo in terris fieri posse, quam Concilia cætusq; hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. sed tum demum vera concilia sunt, & præclara humanæ vitæ societas, si diuini cultus honore, si pietatis obseruatiõe & veræ sapientiæ ac religionis splendore refulgeat: si quod iustitiæ proprium munus est singulis hominibus sua iura tribuantur: vt nec improbi & Reipu. violatores pœna ac supplicio careant, & boni debitis præmiis, atq; amplissimis Afficiãtur honoribus. quod apud Principes & bene moratos populos maxime semper efferri, ac laudari cõsueuit: Itaq; sapientes doctrinæ gloria & sapientiæ laude digni existimant, valde præclarum vrbem condere, multo præclarius conditam instituere, longe vero præclarissimum institutam recte gubernare: quapropter si quis ve

ra animi ratione contemplari voluerit: ni-
hil Venetæ ciuitatis gubernatione melius,
nihil ornatius, nihil sanctius cogitari queat.
hæc enim religiõe, iustitia, pietate, legibus
diuinis, & sanctissimis moribus constituta
est, atq; ornata: quæ omnia ad virtutem, ad
honestatem, ad decus, ad exempla recte vi-
uendi spectant & elucescũt: de optima Rei-
pub. institutione atq; gubernatiõe nihil est
q̃ fusius dicendum esse videatur. quæ ma-
gnis iam pridẽ splendescit laudibus, ingen-
ti excellit gloria multis atq; amplissimis flo
ret ornamentis: quoties magno, elato, ex
celso animo vsi sint patritii Veneti, cum
Reipub. vtilitas & patriæ necessitas postu-
larit, innumera possunt in medium exem-
pla proferri: vt ob hác causam viros fortes
atq; magnanimos, & omniũ summa præ-
dicatione dignissimos censeamus haben-
dos, & sæpe numero veteribus comproban
dos romanis: qui patriæ salutem ac decus
vitæ anteponere non dubitabãt. Quis igi-
tur Venetos non laudet, quis nõ prædicet,
non magnifaciat, plurimũq; non admira-
tur? apud quos: consiliorum atq; operum
totiusq; deniq; vitæ ordo & modus serue-
tur: & eorum quæ vel dicuntur, vel fiunt re
cta est mensura. fidem, constantiam, graui

❡De amplissimis laudibus Venetæ urbis, Deq; eius optima Reipub. disciplina, & recta gubernantium ratiõe, Frãcisci Lutii Durãtini. Lib. iii. cap. i.



MAgna & dicẽdi facundia, & multarum rerũ cognitio necessaria esse videbãt, celeberrimi Magistratus, atq; optimi patres ei:

qui coràm conspectu vestro magnis & gra uissimis de rebus sermonem facturus eēt: ea in me nulla esse video, & iccirco libēter à tā claro dicendi officio abstinuissem, nisi ve/ stræ Reipu. Tam bene, tam sapienter, tam moderate, tam iuste administratio ad dicē dum compulisset: sed antequā ad id quod policitus sum perueniam, de nōnullis præ/ teritis regnis dicendum est: vt Venatorum Dominiū melius, excellentius, dignius, bea tiusq; omnibus appareat: & cum cætera de/ fecerint, hoc autem in perpetuum duratu/ rum arbitror: cum vnione atq; concordia, tum vero seruata dei religione sanctissi/ misq; institutio.

Scytharū regni pricipiū. ¶ Scytharum igitur Regnum in regione septētrionali initium sumpsisse dicitur: vbi pmus Thanao regna uit: Regnum hoc quāquam vetustissimum sit, quia barbarum est, inter quatuor prin/ cipalia Regna non computatur: nulli ta/ mē hominum Scythica gens vnquam ces sit. nam Darium Persarum Regem fugauit, Cyrum occidit, Vesonē Aegyptiorum re/ gem cum omni exercitu, & belli apparatu repulit atq; fugauit: ex Scythis autē multi exierunt, qui res magnas gesserūt: ē quibus

Amazones. Amazones prio clarissimæ mulieres quæ in bellis clara gessere facinora: sed barbara gens est, quæ nec iustum aliquid tenet, nec

rectum, serpentes & idola colit multis inuoluta libidinibus. ¶ Aegyptiorum Regnum tempore Ragau initiũ sumpsisse cõstat: in quo primũ Sores regnauit: ꝙ quidem crebris & diuersis altercationibus seu tumultibus mutatum fuisse legimus: & vsq; ad Augustũ imperatorem durauit: in hac regione raro aut nunquã pluit, sed inundatione Nili foecundatur. Egyptiorũ regni prĩcipiũ

¶ Boemorum Regnum etiam temporibus istis initium sumpsit: nã Princeps vnus nomine Boemus, vltra Danubium consedit, & terram à se Boemiam nominauit: hæc sanè prouincia auro & argento ꝑ maxime foecũda, planicie, vineis, arboribus aromaticis grata, diuersarumq; ferarum generibus referta: fluminib⁹ irrigua, multisq; bonis delectabilis. Boemorum regni principium.

¶ Assyriorũ Regnũ in oriẽtis plaga initiũ sumpsit: ꝙ quidẽ Regnum secũdũ approbatissimos authores cæteris omnibus insignius fuit. cum & per ãnos 1302 à primo Rege Belo Nẽbrotide vsq; ad Sardanapalum vltimũ sub regibus 37 porrectũ fuerit. Assyriorũ regni prĩcipiũ.

¶ De Argiuorum vero Regno quid referame? Nachus oceani & terre (vt aiunt) filius apud argos in Thessalia primus regnare cæpit: & regnauit annis quinquaginta: Argiuorũ regni prĩcipiũ

hic duos post se reliquit filios, videlicet Isidem postea Aegypti reginā, & phoroneū eius successorem: id vero regnum durauit annis 544. ℭ Cecrops natione Aegyptius, primus Atheniensibus regnauit annis quadraginta: à quo vsq; ad troiæ captiuitatem quinq; & septuaginta supra trecentos fluxerunt anni: hic autem cecrops diphes dictus est idest duarum naturarū vir, siue ob longitudinem corporis, siue iccirco q duas linguas græcam & Aegyptiacā sciebat. Qui & Atheniensium vrbem longe ante conditam instaurauit; quā ex subita oliuæ apparitione Mineruā idest Athenam nominauit, Cycnus Stelenes Regis filius post phætontis interitum apud insubres primo ĩperasse dicitur: hic amator ardentissimus Phætontis fuit, quam poetæ finxerūt, post Phætontis interitum ex longo ploratu in albissimā auem conuersum. ℭ Ianus pater & deorum deus cognominatus, vir vtiq; perhumanus, bonusq; ac summus hospitalitatis cultor, ex orientalibus partib⁹ veniēs, primus omniū in Italia regnare cæpit; is inter cætera suæ virtutis opera Saturnum Cretensium Regem à Ioue filio pulsum regno, non modo benigne suscepit, verum etiam cum eo regnum

Atheniē siū regni pĩcipiū.

In subriū regni pricipium.

Italiæ regni principium.

partitus est:hunc opinio hominum inter deos rettulit, quem posteritas postmodum interpretata ipsum quasi mundum, aut coeli, aut anni, siue mensium ianuam appellauit: Tros Ericthonii regis filius Troiam cō didit:& quum esset vir armornm peritissimus, ampliato regno ex suo nomine regionem, quæ vsq; tunc Dardania dicebatur, Troiam appellauit. ℭEuristheus quidam nomine, patria græcus, primus Lacedæmoniorum rex āno à natiuitate Abrae octauo supra nōgentesimum, Lacedæmoniis primum regnare cepit.

Troiano rū regni pricipiū.

Lacedæmonioꝝ regni principium.

ℭAthletes quidam græcus, luctator victoriosissimus, apud Corinthos cum se plurimum posse in eadem vrbe videret, & populum quo vellet, aut vi, aut psuasione perduceret, per munificentias corinthiorum imperium assumpsit. ℭDe Macedonum regno quid referam? Carnaus quidā macedo vir ingenio & manu prōptissimus, post innumera prælia cum finitimis regibus strenue gesta, macedoniam ortus sui prouinciam sibi subiiciens, in ea regni sedem sibi primus constituit:atq; duodecimo regni Ozie regnare incipiens, regnauit annis vigintiocto. ℭLydorum regni principiū sequitur: Ardisius, siue ardis qui

Corinthioꝝ regni principium.

Macedonū regni pricipiū.

Lydorū regni pricipium.

dam græcus vir genere & animi magnitu-
dine insignis, Lydis primus regnare cœpit:
& regnauit annis vigintisex.

Romanorum regni principium. ¶ De Romanorum regni principio multa dicenda forent, sed breuitatis causa de eo pauca attingam: Romulus igitur primus Romanorum rex pastorum nō parua manu collecta, vna cum fratre Remo statim vrbem paruam in solo nequaquā munito conditam, quam a se Romam nominauit, ibidem primum regnare cœpit: & annis trigintaocto regnauit.

Persarum regni principium. ¶ Nunc de Persarum Regno dicendū est: Cyrus primus Persarum rex potentissimus quidem, Persis regnum & imperium instituens, regnauit annis 30. hic aduersus Babyloniorum regem bellū intulit: atq; deuicit: & eius Regiam Babyloniam superbissimam vrbē statim subuertit: postmodum aduersus Cresum Lydorum Regem, qui auxilium Babyloniis tulerat profectus est: quem sine vllo negocio fudit & cœpit: ablatisq; ei omnibus sui regni rebus, vitam miseram ducere coegit.

Romani iperii principium. ¶ Caius Iulius Cæsar, ꝯpositis vbiq; ciuilibus bellis, solus vrbis & orbis monarchiam tenuit: & Romanis imperare cœpit: à quo deinceps Romanorum, principes appella

ti sunt Cæsares: hic in prosperis non extol/lebatur, in aduersis non frãgebatur: magnificus sine crudelitate, magnanimus sine te/meritate, ingenium eius ad litteras, & in philosophia potentior: nullus eo celerius scripsit, velociusq; legit. Quaternas etiã epistolas dictabat simul, peritiam non modicam astrorum habuit: & bisexti rationem inuenit: cõmentariosq; plurimos edidit: in bellis nullum equalem habebat: eius siquidem ductu, collatis signis quinquagies dimicatum est. plura de aliorum populorũ regnis dicerent, sed ad Venetos nostros redeundum est, ne in dicendo prolixior lectoribus videar.

Da natura & moribus Cæsaris.

¶De amplissimis laudibus Venetæ vrbis, deq; optima eius Reip. disciplina. Cap. ii.

SVperius de multarum gentium regnis satis abunde vt necessitas requirebat, me dixisse non dubito: quæ quidem & si ampla atq; magnifica olim fuerint, ad nihilum tamẽ redacta sunt. Inclytæ vero Venetæ vrbis imperium, nostro æuo per potentiam & excellentiam cantatissimũ, semper quodãmodo fuit, semper est, semperq; erit: hoc profecto à viris nobilissimis inge/

Initiũ venetæ vrbis vnde.

nio,doctrina,sanctissimisq; moribus prædi tis,initium sumpsisse constat: Veneta ciuitas vna admiranda est,cui tantum cælestis aspirauit fauor,vt ipsa rerum natura cesserit:hæc intra fluctuosos maris impetus, & medias pelagi vortices q̃si Regina in alias caput extulit vrbes: hanc nimirum gentibus omnibus tutam sedem,cōmune domicilium,& hospitale generis humani, receptaculūq; ab imortali deo institutam esse crediderim: cū eo tot opportunas fluminum deriuationes,adeo cōmode adiacentes,quæq; versum regiones tot cingētium littorum,quasi mænia vallumq; cōspicio: quo ex mediterraneis locis fruges, ac alia vitæ necessaria deuehātur: quo ita maritimi cōmeatus accipiantur: vt nullos externarum classium,nullos infestantium prædonum reformidaret incursus: quasi ad vrbis incrementum & imperaturam ciuitatem superi auspices cœlum & cuncta cōcesserint. hæc celebris & Inclyta ciuitas,p pauimento mare,pro muro aquas maris & p tecto cælum habet:hæc profecto ciuitas & optima Respub. Quod minime cuiquam obscurum putamus, magnis iam pridem splendescit laudibus, ingēti excellit gloria, multis atq; amplissimis ornamētis floret:

Hic notādū est.

& vt

& vt mittam cœli clemētiam, terræ & ma-risd i tionem, vetustæ decus originis, vt mittam ingentia tecta, præclara ædificia, excelsiora palatia, religiosa ac locupletissima tēpla, totius splendorem vrbis, imperii dignitatem, cum illi & numerosi & celebres ac vetusti pareant populis, quæ omnia oculis subiacent, & in cuiusq; facile cōspectum cadunt: illa certe maiora ac mirabiliora videri debent, quæ mentis atq; animi cogitatione cernuntur, summa religio, ac diuini cultus pietas, recta gubernandi ratio, Reip. ordo, disciplina virtutis, legum atq; institutorum sanctimonia, maiorum cōsuetudo, ingeniorū benignitas, gubernantiū æquabilitas, atq; concordia, & q̄ solum beatas facit Respub. naturale quoddam ac diligēs studium pacis: hinc fulget diuinum ac cæleste donum, incorrupta & serena libertas, hinc litterarum & studiorum viget gloria, ingenuarum artium, ac disciplinarū cultus existit: hinc externarum rerum affluentia patet, & magna quædam vbertas, & copia: vt in hac celebri admodū patria, tum naturæ adiumenta, tum illa quæ putantur fortunæ cōmoda, tum vel maxime diuinæ bonitatis munera affatim suppetere videantur. quare inter omnes. nō solū Italiæ; sed

De bōis Venetæ ciuitatis & ei⁹ reip.

totius mũdi vrbes primatũ merito tenet. & quoniã cõplures mũdi principes liberam, pacatam, florentẽ, opulẽtam, beatãq; Rẽp. Venetorꝝ soluere ac labefactare conati sunt, & magno cõflato exercitũ & equestrib⁹ atq; pedestribus vndiq; collectis copiis, in Venetũ solũ irruẽtes, passim crassantes hostiliter insultãtes: tandẽ Senatus Venet⁹ dei auxilio fretus, iustitia armatus, sapientia & optimis cõsilii ornatus, omniũ resistit aduersariorũ telis: arma repulit: omnes ꝓstrauit inimicos, superbos oppugnatores deiecit, hostes profligauit, & omnium bonitas victoriam peperit.

¶ De amplissimis laudibus Venetæ vrbis, deq; optima eius Reip. disciplina. Cap. iii.

ILlud ꝑfecto in primis cogitãti mihi ea de re explicãdũ occurrit: quod Scipio Nasica apud Romanos quõdam sapiẽtissimus, & vir optimus à senatu iudicat⁹, vsurpare solitus erat: cũ de ciuitatis ratione deq; repub. tractãdum censuisset, nam & muros spectãdos & mores multo magis cõsiderandos existimauit. quorꝝ quidẽ alterũ mouet oculos & delectat: si ordine, si modo, si ornatu, si pulchritudine, & recta ratiõe consti

Optima Scipiõis Nasicæ sentẽtia.

terit:alterius lõge maior oblectatio est, quũ virtutis momentũ quũ honestatis institu/tio, quũ rationis disciplina affuerit. sed vere hæc ciuitas quocũq; nos aĩo & cogitatio/ne verterimus, quocũq; oculi aspectauerit, & præcipuis insignitur ornamẽtis, & sũmis se laudibus efferendã præbet. præclara sunt equidẽ in primis huius florentissimæ vrbis mænia: nã mare cingit ac circũdat eã q̃ est mirabile dictu & incredibile cogitatu: cele/berrima sunt ædificia, regia patritiorũ pala tia variis atq; mirificis decorata ornamen/tis, quæ vtiq; oĩa si singulatim quispiã com plecti velit, vel Atheniẽsis Demosthenis, vel Romani Ciceronis sit opus eloquio: forũ nãq; diui Marci, Riuũaltum, cætera plateæ angiporta, cõpita, Quadriuia, portic⁹, via/rum ordo, quæ & per aquã, & per terrã tu/tissimũ ostendunt iter, multiplex diuersorũ locorũ tum distinctio tum amœnitas, tum deniq; eorũ quæ artificiose composita, & magnifice structa sunt, ac reliqua eius gene/ris per multa ita omnibus perspicua atq; ex/plorata sunt, ut nec ꝑfecto meis verbis, nec cuiusquã explicatione egere videant. sed il/la demum vrbs ante alias magnis laudibus extollẽda est: in qua sicuti de hac constat, non solum murorum, ædificiorũq; hábita

Hic no/tádũ est.

Que ciui tas ma/gnis lau/dib⁹ extol lenda sit.

tatio est,sed longe magis earum rerũ, quæ vel maxime ad humanæ naturæ præstantiam & quãdam veluti amplissimam celsitudinem spectant.ea vero sunt,quæ in absoluta ciuitatis ratione,& perfecta reipub. laude sita esse cognoscimus;quæ quidem omnia huic ciuitati sine dubitatiõe adesse perspicimus.rectam insuper ciuitatis institutionem quis referre queat? Maiores equidem vestri,qui vobis hanc Rempub. tam præclare fundatam reliquere,optimis illã conformarũt institutis,ac legibus:quibus & diuino cultui debitus honos exhibetur, & saluti omnium & cõmuni vtilitati consulitur.hinc solẽnes cærimoniæ,ãniuersaria sacra,multa ad diuini numinis cultum & venerationem religiosissime sunt constituta: porro iura,leges,instituta, municipales sanctiones,probati mores,reliqua Venetæ ciuitatis disciplina eiusmodi est,ut vere à Romanorum fontibus orta esse videatur.hinc forum,hinc prætorium habendi senatus locus,comitiorum ordo,hic subsellia,& plura tribunalia ciuilibus muneribus obeundis comparata: hinc varia memoratu digna officiorum genera,hinc ærarium vectigalia hinc nobilitatis & populi distincti ordines,hinc Magistratus constituti,qui Reip.

De Rep. Veneta.

præsint, qui ciuitatis salutem tueantur, qui eius dignitatem & decus substineant: quæ omnia maximam spectantibus afferūt admirationem.

¶ De amplissimis laudibus Venetæ vrbis, deq; optima eius Reipub. disciplina. Cap. iiii.

Bifariam philosophi consueuerūt partiri virtutes, & alias quidem tradiderunt quæ natura nobis ingenitæ sunt, alias porro quas disciplina, vsus, atq; exercitatio comparauit: primas illas quæ omnes vno ingenii nomine continētur huius inclytæ ciuitatis patritii omnes assecuti sunt, vt dociles existant: quæ res vna præ cæteris omnibus præstantiam hominis distinguit à belluis, & memoriæ polleant bono, & demum incredibilem animorū fœlicitatem, mansuetudinem, humanitatéq; possideant. Quarum rerum tam & si non ipsa laudetur adeptio, quādoquidem illas natura dedit, at certe rectus ac moderatus vsus plurimum non merito laudatur. q̄ de vobis patritii clarissimi liquido ac perspicuæ constat: merito vestra ciuitas tot magnis ac præstantibus viris, optimis ac diligētissi-

Philosophorum ptitio de virtutib'

mis patribusfamilias,& reipub. piissimis re/ ctoribus lætari potest. hæc tulit semper in/ clyta ciuitas viros magnos doctrinæ gloria & summæ eruditionis laude præstantes, & in omni studiorum ac litterarũ genere illu/ stres ac præclarissimos: qui vel in diuinis ac sacris eloquiis, & sanctarum scripturarũ ora culis, vel in altissimarum occultissimarũq; rerum contemplatione cognitiõeq; admi rabilium causarũ, vel in iuris tum ciuilis tũ pontificii, tum diuini tum etiam humani solertissima prudentia, sanctissimarũq; le/ gum peritia, vel in medicinæ salutaris sa/ pientia, vel indicendi copia & eloquentiæ splendore atq; oratoriæ laudis elegãtia, vel deniq; in cæteris artibus atq; liberalissimis disciplinis plurimum floruerunt. O præcla ram ciuitatem o vrbem virorũ illustrium feracem, & omni genere laudis præstãtissi/ mam. Quis satis tuam amplitudinẽ & tua rum rerum incredibilem excellentiã referre possit? nunc venio ad ea quæ vestræ reipu. extollunt gloriam: ad disciplinam ciuitatis & rectam gubernãdi rationem: cum enim in artifices, agricolas, milites, Magistratus, bene instituta ciuitas partiatur, ab re est, ut de agricolis, deq; artificibus longiorem fa/ ciamus sermonẽ: qui omnes vberem rerum

Ciuitas veneta viros do/ ctrina p̃/ stãtes tu/ lit semp.

De recta Venetæ ciuitatis gubernã di rõne.

omnium subministrãt, ac suppeditant co-
piam, & necessariam ad cultum vitæ suffi-
cientiam præstant: artium tamẽ multitu-
do & summa ministeriorum varietas, ve-
stram hanc & decorant & longissime illu-
strant ciuitatem: quibus excolitur, atq; ex-
politur humanum genus: vnde elegantur
sanè ac luculenter magnus philosophus &
in primis sapientissimus Plato, negociato- Platonis
res & mercaturæ sectatores plurimum lau- sententia.
dare consueuit: quare Amplissimi magi-
stratus, vestræ ciuitatis institutiones si quis
recta & euoluta animi notione contempla
ri voluerit, nihil compositius, nihil sancti⁹,
nihil melius, nihil ornatius cogitari queat:
iura diuina humanæ leges, & præclara in-
stituta testantur. quæ ad virtutem, ad Iusti-
tiam, ad honestatem, ad decus, ad pietatem
spectant, & ad solidam dirigũtur gloriam.
laudant veteres maiores Atheniensium vr-
bem, sed in ea vna floruit humanæ sapien-
tiæ & doctrinæ cognitio. Quippe ex qua
plurimæ philosophorum disciplinæ fluxe- Hic no-
runt: laudãt & gloriosam Lacedæmonem tãdũ est.
prædicant, sed quæ eius cõmendatio alia
afferri potest quam rei militaris, & bellicæ
exercitationis gloriam? Laudant ac pluri-
mum Corinthum efferunt, sed quorsum

eius laudatio, nisi ad nitorem ac lautitiam ad opes delitiasq; intenditur: vt totius græciæ lumen Cicerone ꝑdente appellaretur. At vestra hæc Inclyta ciuitas nulla vera, & certa bonarum laudatissimarũq; rerũ omnium, atq; artium laude deficit. Quam nõ solones, non Dracones, aut humanarũ conditores legum extollunt, sed Christianissimi ritus, sanctissima obseruatio, & iustitiæ firma custodia: quibus sobrie, iuste, pie, ac religiose omnibus in locis semper viuitur.

¶ De amplissimis laudibus Venetæ ciuitatis, deq; eius optima Reipublicæ disciplina. Cap. v.

TAnta est Magnifici Domini, Patres amplissimi, ac celeberrimi viri, vestræ ciuitatis dignitas atq; amplitudo, & florentissimæ Reipub. splendor ac decus: vt vnde initium capessam nescio. quod si qui omnia & perficere ingenio & elaborare industria possint, vix tamẽ quæ dicẽda sũt, satis digne valeãt explicare: Quis enĩ satis cumulate referre queat hui⁹ optimæ ĩstitutæ ciuitatis laudes, quæ variæ ac multiplices quæ maximæ quæ splẽdidissimæ sunt: sed omni mota formidine: audacter in ꝑsentiarũ

aliquid

aliquid dicam. Tria existimant viri sapientes illa esset, quibus cuiusq; ciuitatis potissimum illustratur gloria: præclaram gubernandi institutionem ac disciplinam, gestarum rerum amplitudinem ac decus, ingenuarum artium ac liberaliũ studiorum celebritatem: quare si huius ornatissimæ ciuitatis disciplinam quærimus, licet intueri quam magna, quam diligens, quam accurata sit pietatis ac religionis cura, quam exacta sacrorum obseruatio, quam præcipui diuini cultus honores: Quid leges sanctissimas, quid iura & præclara instituta, quid mores probatissimos referam? Iustitia quam semper magno studio ac diligenti industria culta sit, quam perspicue semper floruerit in hac vna maxime ciuitate, nemo est, qui non cumulatissime nouerit: gestarum rerum laudem commemorare quis possit? prohibet eam rem oratione consequi, ac uerbis explicare perspecta mei ingenii imbecillitas: quæ eiusmodi splendorem egregiæ laudis dicẽdo æquare nullo pacto possit: ut dicendo præteriri satius sit, quam non satis pro dignitate exornari. Iam studiorum amplitudo, & omnium maximarum artium & disciplinarum gloria suo sponte ita refulget, vt neq; mea nec

Aurea sapiẽtũ sententia, qb' ciuitatis potissimũ illustrat gl'ia.

De studiorũ ãplitudine atq; gloria venetæ ciuitatis.

cuiusquam cōmemoratione egeat. Mater quædam & alūna hæc Veneta ciuitas est, omnium laudatarum artium, philosophiæ omnis præcipua quædam nutrix, & omnium liberalium disciplinarum educatrix: in hac diuina studia celebrantur, sacri canones florescunt, Medicina pollet, eloquentia dominatur, dialectica viget, laudabilia quæq; curricula exercentur, Cælestium terrestriūq; rerum illustratur cognitio: præstantissimi in quocūq; studiorum genere præceptores, Doctores vbiq; gentium celebres, & viri sapientissimi cuiusq; disciplinæ vberem suppeditāt facultatem. Atq; ob eam causam per vniuersas nō Italiæ solum, sed etiam totius penè orbis nationes ac ciuitates huius reipub. decus & fama diffunditur: apud quosq; & generosissimo Reges, & Claros principes, ac nobilissimos. Deniq; populos Magna hæc ciuitas authoritate pollet & gratia.

Veneta ciuitas apud oēs pricipes magna authoritate pollet.

hoc profecto memoria dignum institutum silentio præterire non possum, q apud Senatum hunc vestrum ad Rempublicam gubernādam, ad Magistratum gerēdum, eos eligere semper soletis, quos non auro, non opibus, sed ingenio, virtute, sapientia, moderatiōe, diligentia atq; æquitate cæteros præstare vi

de optia venetorū istitutōe

detis: vt & Iustitiam tueri, & substinere studiorum decus, & extollere probos, coercereque improbos valeant: Quæ res profecto quanto difficilior est, atque ardua magis tanto certe laudabilior atque pstatior apud omnes existimari debet.

De amplissimis laudibus Venetæ ciuitatis, deque eius optima Reip. disciplina. Cap. vi.

SI in præsentiarum Serenissime princeps, patres amplissimi, iustitiam laudare vellem, Ciceronis eloquentia opus esset: ea proculdubio virtus est, cui in omnium rerum administratione palma tribuitur. per quam Regna, principatus, respublicæ, & ciuitates omnes, ac populi in pace seruari, in tranquillo ac tutissimo loco constitui, & collocari possunt, sine qua nulla tam magna hominum conciliatio est, nulla tam firma societas, quæ non statim ea virtute sublata, extinguatur & pereat. quamobrem insignis philosophus Plato, veram præ cæteris necessariam ostēdit esse in his luculentis libris, quos de Reipub. institutione composuit, quæ reddens unicuique quod suum est, hominum concilia stabili firmitate tuetur & continet. Quam

De iustitia

Platonis snia de iustitiæ seruatione atque custodia.

qui seruant, hi latissimum adipiscuntur im/perium, & præcipuum decus, atq; immortalem gloriam assequuntur. flos mundi totius, & caput vniuersi orbis vestre hac Inclyta ciuitas testatur: cuius iustitiam nemo referre possit: Cuius gloriosum regnum, atq; optimam reipub. gubernationē, tam floridum Senatū, Veterum omnium, tum latinornm, tum etiam græcorum historiæ vix concinere possent: In hac enim Inclyta ciuitate Iustitia dominatur, iustitia viget, iustitia oia moderatur & seruat: quam fides, taciturnitas, clementia, pietas, recta animi sententia, Magnanimitas, atq; concordia comitantur. optimi sunt profecto Veneti Magistratus: qui Rempub. saluam esse, & populum ipsum ad beate, honestæ, bene viuendum, vel traducere vel impellere volunt: qui cōmunem salutem, Reipub. dignitatem, atq; libertatem, qui ad cōmunem vtilitatem omnia referunt: obliti proriorum cōmodorum: memores autem eius, q author probatissimus tradit Liuius in hæc verba: factio respectusq; rerum priuatarum semper offecere, officientq; publicis consiliis: optimi sunt Veneti Magistratus, qui vniuersum corpus procurant ciuitatis: ciuium sectionē oderunt semper.

De priuata iustitia venetorū.

Liuii sententia.

& perniciem ciuitatis ac labem execrãtur: seditionem videlicet atq; discordiam: qui prudentiam adhibent ad recta ac salutaria capienda consilia, amorem & charitatem ad Rempub. amplectenda, diligentiam vero ad perficiendam rerum administrationem: itaq; recte præcipitur optimos magistratus, prudentissimos, amantissimos, diligentissimos esse oportere. optimi sunt Veneti Magistratus, nam tales profecto sunt, quales olim Moyses Israelitici Dux exercitus diuinitus inspiratus expetere consueuit, natu grandiores propter grauitatem atq; constantiam, delectos per tribus & familias ob virtutis præstantiam simul atq; concordiam, doctrina deniq; præditos: qui diuinam & humanam legem instructi, iustitiam & æquitatem consectarentur, & nec ad dexteram neq; ad sinistram deflecterẽt: sed via regia graderentur. Optimi sunt Veneti Magistratus, qui præmiis vtentes & pœna, inter bonos & malos discrimen præstant. è ciuitate autem studiose amoliuntur auaritiam, turpitudinem, inuidiam, cæteraq; generis eiusdem: quæ labefactãt ciuitates, ad excidiumq; perducunt, & populos perdunt. optimi sunt Veneti Magistratus, qui cogitant semper consilia pacis

Hoc ĩlo co mẽtẽ dirige totam.

De recta Veneti magistrat' gubernatione

& paccatis temporibus ad pacem retinen/
dam operam omnem atq; industriā confe
runt: qui bellorum motibus hostium pro/
pulsant iniurias, vlciscūtur improbitatem,
erectas domāt ceruices, magnis autē rebus
gerendis decus tuētur imperii, augēt reip.
gloriam, & in posterū pariunt firmiorē pa
cem: quare cū hæc ciuitas tot tātisq; bonis
ornata sit, optimaq; eius reip. gubernatio
Amplissimiq; sint Magistratus, æternum
mūdi principem a quo facta sunt, ac gerun
tur oīa, casta piā, integra, incorrupta men/
te veneremur, passis manibus in cælū inuo
cemus, cōprecemurq;: ut vestrū imperium,
& præclarā ciuitatem armis ornatam, legi
bus armatā in trāquillitate pacis & re℞ om
niū splendore & gloria ppetuis seculis tuea
tur, & beatā efficiat Venetā rēpub. illa enim
est, quæ omnium bonorum amplitudine
atq; vbertate floresc it in dies.

FINIS.

Registrum.
a b c d e f g h i k l m
Omnes sunt duerniones.

Venetiis per Ioānem Antoniū
& fratres, de Sabio. M.D.
XXII. Mense Iunio.




IO·ANT·ET·FRES·DE·SABIO
BRASICA